IOANNIS FRANCISCI RIPAE, A SANCTO NAZARIO PAPIENSIS.

In Primum Decretalium Librum Commentaria.

Quibus quid nuper accesserit, quod hactenus in cæteris prioribus editionibus desiderabatur, facilè studioso lectori patebit, si maximam diligentiam tùm in conferendis his nostris cum vetustissimis codicibus, tùm vel maximè in castigandis grauissimis erroribus, quibus singulæ scatebant pagellæ, nunc adhibitam perpendat.

Communes item Doctorum sententiæ ab Authore passim citatæ non inutiliter curauimus, ut sub uaria literarum figura cum hac nota ☞ *demonstrentur.*



VENETIIS, MDCII

ANNOTATIO RVBRICARVM & Capitulorum, quæ in primo Libro Decretalium continentur.

IOANNIS FRANCISCI RIPAE, A SANCTO NAZARIO IVRISCONSVLTI PRAESTANTISSIMI,

In Primum Decretalium Librum perpolita Commentaria.

Nunc postremò solerti cura, arctiorique diligentia quàm hactenus vnquam factum sit, diligenter recognita, & repurgata.

SVMMARIVM.

1 *IVS scriptum, certius est, & nobilius iure non scripto.*
2 *Scientia Trinitatis, & fidei, est necessaria, & praeambula ad reliquas capescendas.*
3 *Ius scriptum de Deo, ratione subiecti est dignius alio iure.*
4 *Lex, est constitutio populi Romani.*
5 *Lex scripta, & consuetudo, an sint paris potentia.*
6 *Constitutio quid sit.*
7 *Constitutio in quo differat a lege.*
8 *Iura loquentia de Imperatore, habent locum in Regibus, & alijs non recognoscentibus superiorem.*
9 *Diffinitio quid sit.*
10 *Constitutio, est nomen generale, ad omne ius scriptum.*
11 *In materia odiosa, verba possunt sumi ut genus, & species, sed semper intelligenda sunt ut species.*
12 *Constitutio, vnde dicatur.*
13 *Exceptio doli, obstat cõtra legem, vel statutum, in odium aliquorum particularium editum.*
14 *Papa, an absque collegio Cardinalium, & Imperator absque consilio procerum, legem condere possint.*
15 *Solus dictio, non excludit socios.*
16 *Papa non debet uti plenitudine potestatis, nisi ad remouenda scandala.*
17 *Necessitas, quot modis sumatur.*
18 *Ecclesia Romana constituitur ex omnibus Christi fidelibus.*
19 *Ad essentiam cuiuslibet collegii, requiritur unum caput.*
20 *In iuribus limitatoriis, ex identitate rationis idem ius statuitur, sicut in his, quae statuunt.*
21 *Papa, & Imperator, in quibus casibus nihil possunt statuere de nouo.*
22 *Constitutio, in quo differat a canone, decreto decretali, & similibus.*
23 *Canon Graecè, dicitur Latinè regula.*
24 *Canonicarius quis*
25 *Canonica institutio, uel electio, quot modis dicatur.*
26 *Canonicus, quare dicatur.*
27 *Canonis appellatione, in materia fauorabili etiam comprehenditur sinodalis constitutio.*
28 *Canon, quot modis capi possit*
29 *Canon, an rectè possit denotare legem ciuilem.*
30 *Decretum, quid sit.*
31 *Decretalis epistola, quae dicatur.*
32 *Sanctio quae dicatur.*
33 *Pragmatica sanctio quae dicatur.*
34 *Pragmatici uiri, qui dicantur.*
35 *Annotatio, quid sit.*
36 *Dogma, quid sit.*
37 *Interdictum, quid sit.*
38 *Mandatum, quid sit.*
39 *Scriptura an sit de substantia legis, seu constitutionis.*
40 *Lex unde dicatur.*
41 *Argumentum de specie ad genus, non ualet.*
42 *Leges duodecim tabularum transmissae fuerunt a Graecis ad Romanos.*
43 *Lex an liget, & quos, si non sit scripta.*
44 *Sententia ad hoc ut ualeat, requiritur solemnitas scripturae.*
45 *Iudex non potest ferre sententiam absque scriptura.*
46 *Statutorum uolumen, si perderetur, posset tenor probari per testes.*
47 *Lex obligat habentes notitiam.*
48 *Excommunicatio non ligat, nisi lata sit in scriptis.*
49 *Papa solo uerbo creat Episcopos & Abbates.*
50 *Gratia non expirat, papa mortuo, ante confectas literas.*
51 *Gratia per testes probari non potest.*
52 *Gratia concessa secundum ius, per testes probari potest.*
53 *Gratia casu amissa, per testes probari potest.*
54 *Constitutionum editio, an sit necessaria.*
55 *Conscientia sine scientia, inspicienda est, & scientia sine conscientia diabolica.*

De Constitutionibus, Rubrica.

COntinuatur ad praecedentia, & simul subordinatur ad sequentia per Goffre. Hostien. Panormita. & alios communiter hoc ordine. Author tractaturus de iure exorditur a summa Trinitate, sine cuius fundamento nullum potest opus superaedificari, capitu. cum Paulus. 1. q. 1. Et quia omne ius, quo vtimur aut ex scripto, aut ex non scripto constat, Instit. de iure natu. gen. & ciui. §. constat, & prima distinctio. capit. consuetudo, §. cum itaque. author praemisit de constitutionibus, & sic
1 de iure scripto, quod est certius † & nobilius, deinde subnectit de consuetudine, & sic de iure non scripto. Ista continuatio licet sit communis, & fuerit de mente Imperatoris in dicto §. constat, & Gratiani in compilatione huius operis, & in capitulo lex est, & capitulo sequen. & seq. prima distinctio. tamen impugnatur per acutissimi ingenij virum dominum meum, Do. Philippum Decium, quia titulus praecedens, secundum hanc continuationem, non applicatur ad hunc subsequentem, nec hic ad praecedentem aliquo speciali respectu, prout applicandi fuerant, l. secunda, ff. de statu homin. l. continuus, ff. de verbor. obligatio. nam fundamentum Trinitatis non respicit specialiter hunc titulum, sed quemcunque alium, cum alio quoque principio Dei auxilium implorandum sit, dicto capitulo, cum Paulus, 1. quaestione prima, & in Authen. de armis, in princ. & in l. in nomine Domini, C. de offi. praefec. Aphri. Sed tu considera, quod fundamentum Trinitatis respicit totum opus, & specialiter hunc titulum, qui iuris constitutiones continet, de quibus author principaliter tractare intendit. Item considera, quod satis est inuocare diuinum auxilium in principio operis, dicto capitulo cum Paulus, & quia principium huius operis a constitutionibus inchoandum fuit, vt ex subordinatione praedicta apparet, bene sequitur, quod fundamentum Trinitatis magis postulat hunc titulum post se, quam reliquos titulos. Secundo non videtur haec continuatio iuridica ex alio, secundum eundem Deci. quia fundatur super inuocatione diuinae maiestatis, & Trinitatis, quae inuocatio non fit in titulo praecedenti, sed circa fidem aliquae promulgantur constitutiones, vnde congruentius praemittendus fuisset titu. iste de constitutio qui est generalis ad omnes constitutiones. Tu vero aduerte, quod in continuatione non dicitur, quod in titulo praecedenti pro fundamento inuocetur Dei auxilium, sed quòd pro fundamento fuit praemissus titu. de sum. Trinit. & fide catho. vbi tractatur de Trinitatis & fidei cognitione, quae est omnium principium, & fundamentum; vnde ex hoc elicio clariorem continuationem. Author tractaturus de scientia iuris prius voluit differere de scientia
2 Trinitatis & fidei, quae est † necessaria & praeambula ad reliquas scientias capescendas, capitulo qui sine, vigesimasexta, quaestione secunda, decet enim animas, prius erudiri, quam linguas, l. magistros, C. de profes. & medi. libro decimo, erudita itaque anima, & cognita scientia Trinitatis, & fidei, & sic iuris diuini, congruum fuit subnectere de constit. & sic de scientia humani iuris. & haec continuatio sic declarata effugit morsus cauillantium. Secunda fuit continuatio Andr. Sicul. supra visum est de constitutionibus concernentibus Deum immortalem, nunc congruenti ordine supponitur de constitutionibus concernentibus Papam, Dei Vicarium, capitulo vt nostrum, infra vt eccle. benefi. capitulo secundo & sequen. de transla. epi. Ista etiam damnatur per Dec. quia & si subiectum tituli praecedentis praedicetur de Deo, constitutiones tamen, de quibus ibi, fuerunt a Pontificibus promulgatae. mihi etiam non placet, quia ea attenta praemittendi fuissent titulo de baptismo, de reliquijs, & vene. sanc. & reliqui tractan-

tes materias concernentes Deum immortalem; nisi diser. quod al. s respectibus fuerunt postpositi. Tertia fuit continuatio Dec. supra visum est de summa Trinitate, & fide catho quæ ab omnibus debet teneri, cap. primo, supra titu. proxim. Ideo subiectitur titulus de constitu. quæ ab omnibus seruandę sunt. capitu. primo, infra eod. Ista mihi non satisfacit, quia titulus præcedens, hac continuatione attenta, nullo speciali respectu postulat hunc titu. post, magis quàm reliquos titu. quorum iura etiam ab omnibus seruanda sunt, & hoc ipse vititur argumen. contra communem continuationem, vnde non ęgrè ferat si contra se torquetur, capitulo cum omnes, infra eod.
3 Quarta fuit continuatio eiusdem; ius scriptum † de Deo tatione subiecti est dignius, & ideo propter excellentiam fuit conueniens, vt de eo fieret specialis tractatus, argumen. l. item apud Labeonem, §. hoc edictum, ff. de iniur. & postea subiceretur titulus generalis, de iure scripto, argumen. l. si seruus seruum, § inquit lex, ff. ad leg. Aquil. Contra hanc continuationem etiam obstat fundamentum, quod supra feci contra continuationem Andr. Sicul. Quinto considera, an aliter possit continuari. authoris intentio fuit, hoc opere dirigere animas mortalium ad Deum, & eius cœlestem patriā secundum glossa, in capitu cum contingat, infra de iureiurando: ad hanc autem nemo potest peruenire, nisi per fidem, capitu. primo, supra titu. primo. Ideo de fide catholica tractandum fuit; & quia etiam per constitutiones instruimur ad viam cœlestis patriæ, post tractatum de fide, sequitur de constitutionibus. Discussa continuatione, videndum est, an subordinatio defendi possit. quidam arbitrantur non posse, quia fit ad remota, & interæritur titulus proximus de rescript. sed facilis est solutio, quia rescripta dicuntur iura scripta inter partes, vt per Ioan. Andr. & alios in rubr. de rescript. & per Panormitan. in rubr. de consuetud. ergo subordinatio est optima. alii etiam mordent ex eo, quòd in opere Digestorum alius fuerit ordo seruatus: nam primo præmittitur titu. de consuetudine, vt in rubr. de leg. & longa consuetudine, postea sequitur titu. de consuetu. Princip. Sed vtraque sustineri potest, consideratis diuersis respectibus:, nam compilator Digestorum considerauit, qu ad constitutiones Principum, vt pote digniores propter authoris prærogatiuam, cap. si a sede, de præbend. lib. sexto, capitu. per tuam. primo de maioritate, & obed. l. secunda, ff. de albo scrib. merebantur specialem tractatum, dicta l. item apud Labeonem. § hoc edictum, ff. de iniur. ideo pręmisit titu. generalem de legibus, in quo interseruit etiam de legibus consuetudinariis, & postea posuit titulum specialem de constitutio. Principum. argumen. dicta l. si seruus seruum. § inquit lex. Compilator autem huius operis considerauit, quod constitutiones Principum sunt digniores, vt dictū est, continentes ius scriptum, quod est certius & nobilius, & hac ratione præmisit de constitutio. vt dicit Panor. Vel aliter compilator Digestorum præmisit titulum de leg. quia leges
4 fuerunt ante constitutiones Principum. Est enim lex † constitutio populi Romani, §. lex est, Institut. de iure natu. gen. & ciuil. a quo prius editę fuerunt leges, quàm a Principe. In quem ipse populus transtulit imperium, & legis cundendę potestatem, §. sed quod principi, Institu. eod. titu. & quia consuetudo est etiam ius populi, l. omnes populi, ff. de iust. & iur. & antiquior quàm constitutiones principum Romanorum, §. & non ineleganter, Institu. cod. præposuit simul titulum de legibus, & longa consuetudine. Compilator vero huius operis considerat, quòd constitutiones pontificum sunt digniores consuetudinibus, & hac ratione præmisit, & sic vterque sua laude dignus est. Ita similem discordiam concordant Docto. in rubr. C. de testament. mi. Alii dicunt falsum esse, quod in subordinatione dicitur, scilicet quod ius scriptum sit nobilius
5 iure non scripto, quia lex † scripta, & consuetudo, sunt paris potentiæ, capitu. consuetudo, 1. distinct. & dicit Cardinal. Florentin. in cap. fina. colum. xiv. infra de consuetu. quod consuetudo habet eas omnes virtutes, quas habet lex, & ibi Mod. char. 22. referunt virtutes consuetudinis, si paris potentiæ, ergo paris nobilitatis. Sed certe argumentum non placet, tum quia assumptum non est verum. nam lex est maioris potentiæ, cum possit derogare futuris consuetudinibus, authen. nauigia, C. de furt. l. eos., C. de vsur. traditur per Panormitan. in d. cap. fin. & in cap. 2. de prob. & Bar. in l. de quibus, ff. de legi. Consuetudo autem non derogat futuris legibus. Et ex hoc sequitur, quod potentia, & virtutes consuetudinis dependent a voluntate legis: nec posset consuetudo derogare legi, nisi lex permitteret, secundum Panormit. in cap. clerici, de iudi. & sic patet, quod consuetudo non est paris potentiæ: & posito, quod esset eiusdem potentiæ, non video quomodo sequatur illatio, ergo est paris nobilitatis, nisi nobilitas consistat in sola potentia, vnde Modern. Papien. dicunt, quod ius scriptum est dignius & nobilius ratione originis, quia habuit originem a Moyse primum, postea a

sanctis patribus, deinde a populo Romano impetrante, & successiuè ab Imperatoribus, in quos populus imperium & facultatem legis condendę transtulit, sunt enim leges per ora Principum diuinitus promulgatæ, cap. quo iura, octaua dist. cap. fin. 16. quæst. 3. l. fina. C. de præscript. long. tempor. Consuetudines vero inductę fuerunt ex tacito consensu populi d. cap. fina. & d. l. de quibus. Sed Dec. non putat ex hoc sequi, quod lex sit nobilior, quia & consuetudo diuinitus inducitur a populo, cum omnia promissione Dei fieri dicantur, cap. nec mirum. 26. q. 6. Tu considera, quod origine leges fuerunt a Deo traditæ Moysi in summitate montis Synai. Consuetudo autem licèt permissu Dei inducta sit, non tamen origine fuit a Deo tradita sicut lex & hoc respectu Modern. Papien. videntur recte dixisse, quod lex est origine nobilior vel alio respectu potuerunt dicere legem nobiliorem origine, quia ortum habet a Principe: primum a Moyse, deinde a successoribus in imperio, & ratione authoris, & propter condentis prærogatiuam videtur nobilior. cap. si a sede, de præben. lib. sexto. l. fin. ff. de albo scribend. Secundo ius scriptum videtur nobilius ratione antiquitatis, quia est antiquius iure non scripto, secundum Dec. qui ad hoc allegat tex. in §. ex non scripto. Institut. de iure natu. ibi, diuturni mores legem imitantur, ergo secundum eum, prius fuit lex. & per tex. in dicto capitulo consuetudo, prima distinctio. ibi, consuetudo pro lege suscipitur, cum lex deficit. Sed certe consuetudo prius fuit quam lex, quia prius populus quā Rex. & quod prius fuerit consuetudo, est tex. clarissimus in capitulo fina. ibi, ius vero consuetudinis, post naturalem legem exordium habuit, ex quo homines conuenientes in vnum cęperunt simul habitare. Nec dicatur, quod iste tex. probet assumptum Deci, dum dicitur, quod cōsuetudo assumpsit exordium post ius naturale, quia ius naturale non appellatur ius scriptum, sed natura omnes illud docuit, Institut. de iure natu. gen. & ciui. in princip. nec obstant iura, super quibus se fundat Dec. quia non loquuntur de iure consuetudinario primæuo & originali, sed de iure consuetudinario secundario, & prout successiue inducitur, & variatur. Tertio ius scriptum dignius & nobilius dicitur, quia inducitur ex consensu expresso. Consuetudo vero ex tacito, qui est debilior expresso, secundum gloss. in clem. sæpe, in verbo, partibus, de ver. si. pro quo facit, quod etiam dicit glo. in l. prima, C. vbi de crim. agi opor. & no. in regula, scienti, de regulis iuris libro sexto. & firmat in terminis nostris Panormitan. in cap. clerici, de iud. sed licet lex inducatur ex consensu expresso, quia tamen inducitur ex consensu solius Principis, §. sed quod Principi, Institutio. de iure natu. gen. & ciui. l. prima. ff. de constitutio. princip. non debet videri fortior, & efficacior cōsuetudine, quæ inducitur consensu vniuersorum, vel maioris partis populi, cum ea firmiora sint, quæ plurimorum consensu roborantur, capitulo prudentiam, in princip. de officio delega. & magis integrum iudicium est, quod plurimorum sententiis confirmatur, capitulo extra conscientiam. 84. distinctio capitulo per hoc, §. verum, ibi Gemi. not. de hæret. libro sexto. Hinc leges, & constitutiones editæ a consilio firmiores, & validiores reputantur, nam per generalem derogationem eis non creditur derogatum, secūdum Archidia. In capitulo primo, eodem titulo in sexto, & Felyn. in capitulo nonnulli, columna tertia, & sequen. de rescript. Defendendo forte potest dici, quod lex habet expressum consensum Principis, & tacitum consensum populi, qui eam recipit. nam nisi ab vsu hominum lex recipiatur, vigorem legis non habet, capitulo in istis, §. leges, quarta distinct. & not. amplissime per gloss. & scriben. maxime Felyn. in capitulo primo, de treug. & pace. sed hæc solutio non videtur penitus eneruare contrarium, quia Princeps, si velit poterit punire nolentes recipere legem suam, capitulo, quia circa, de consanguinita. & affinita. & ibi not. & ita etiam traditur per Panormitan. & alios in dicto capitulo primo. vnde considera si dici possit, quod lex origine inducebatur consensu populi, capitulo lex est, secunda distinctio. & Institut. de iure natu. §. lex sed nec istud in proposito placet, quia nos loquimur de constitutionibus, quæ a solis Pontificibus, & Principibus constituuntur, quæ sunt etiam iura scripta, capitulo constitutio, secunda distinctio. & de istis loquitur hæc subordinatio. vnde videtur, quod ratio Moder. Papien. sit verior, quod ratione originis ius scriptum dicatur nobilius. Vel etiam dici potest, quod ius scriptum ideo sit nobilius, quia certius, nam lex semper est certa, capitulo erit autem, quarta distinctio. & omnibus notum. l. leges, C. de legibus, quam in dubium reuocare non licet, leg. finali. C. de legibus, & vbi reperitur legis determinatio, ibi nulla datur probabilis dubitatio, capitulo ex multa, de voto. nota. per gloss. & Baldum, in l. ancillę, Cod. de furt. & per Modernos. in leg. illam, per illum text. C. de collation. Consuetudo autem, quia in facto consistit, non ita certa, quia facta sæpe etiam prudentissimos homines fallunt, leg. secunda, ff. de iur. &

fac.

fact. ignoran. Hinc dicimus, quod positioni iuris scripti, non est re
spondendum, quia ius scriptum est certum. sed bene positioni
iuris non scripti est respondendum, quia ius non scriptum in-
certum est, secundum glo. & Bartol. in l. ornamentorum, ff. de
aur. & argen. lega. Bartol. in l. 1. C. quæ sit longa consuet. & glo.
in c. 2. de consuet. lib. 6. & Barto. in l. 2. ff. eod. titu. Hinc est, quòd
allegans consuetudinem, tenetur illam probare, capi. 1. de con-
stitu. lib. 6. Sed tu aduerte, quia data paritate, videtur, quòd ius
non scriptum sit ita certum, sicut scriptum, quod non dicitur
certum propter scripturam, sed propter publicationem, vt in
Authen. ut no. constitu. & capitulo cognoscentes, vbi Panor.
& alii, infr. eod. & si propter publicationem dicitur certum &
notum, illud ideo est, quia publicatio deducit rem in notoriū,
capit. 1. J. de postu. præla. Sed si consuetudo sit notoria, eadem
ratione dicitur certa sicut lex. Hinc est quòd consuetudo no-
toria est probanda, secundum Barto. in d. l. de quibus. & Bald.
in l. 1. C. quæ sit longa consuetu. Panor. in capit. 1. J. de re iudic.
Alexand. in l. 1. C. vt quæ desunt aduoca. vbi vult, quòd iudex
teneatur supplere ea, quæ sunt consuetudinis notoriæ, & tra-
ditur per Curt. consil. 74 column. 17 & si consuetudo sit gene-
ralis non licet eam ignorare, sicut nec legem, secundum Bald.
in rubr. J. de consuet. rursus dicentes quòd licet consuetudo noto
ria, vel vniuersalis, non sit probanda, non tamen est ita certa si-
cut lex scripta, quæ videri & palpari potest, l. 1. §. 1. ff. de his, quæ
in testamen. delen. Et hæc quantum ad situationem rubr. dixis-
se sat est. Nunc pro terminorum cognitione aliqua discurra-
mus, & primo quid sit constitutio. Gratianus in capitulo con-
6 stitutio, 2. distinctio. respondet, † constitutio est quod tantum
Rex, vel Imperator statuit. & ita etiam respondet Vlpia. in l. 1.
ff. de consti. Prin. ibi, hæ sunt, quas vulgo constitutiones appel
lamus & dicit ibi Barto. quòd constitutio in hoc differt a lege,
7 quia lex fit a populo, magistratu interrogante. Constitutio ve-
ro est Principum edictum, & bene probatur in l. omnes. ibi, le-
gibus, aut sacratissimis constitutionibus, C. de quadrien. præ-
script. & dicunt do. Anto. Pan. & Moder. hic, quòd illa est pro
prie constitutio, quam Imperator edidit, vel Rex, vt dicitur in
d. cap. constitutio. quod est intelligendum de Rege non cogno
scente superiorem, qui in regno suo dicitur Imperator secun-
dum Oldrad consilio 231. vt eius, de quo queritur Bald. in l. pe
nult. C. de dona. inter vir & vxo. & in l. exemplo, columna fina.
C. de probat. & tradunt hic Modern. & Cur. consilio 61. Super
præmissa, columna. 3. vbi plenissime loquitur, dicens post Bal.
in cap. significantibus in fin. de offi. de lega. quòd Rex in tempo-
ralibus gerit vices Dei in Regno suo, & habet ius leges condē-
di, & confiscandi, ac liberum arbitrium, secundum Angel. in l.
prima. C. ne sine iussu Princip. lic. confisca. Et idem dicendum
de quolibet non recognoscente superiorem, secundum Barto.
in l. hostes, ff. de cap. & postli. reuer. & in l. infamem, ff. de publ.
iudi Panor. & alios in capi. cum Bertoldus, de re iudic. & in ca.
per venerabilem, qui filii sint legit. Ex quibus omnibus elicitur
8 conclusio, quòd iura, † quæ loquuntur in Imperatore, habent
etiam locum in Regibus, & aliis non recognoscentibus supe-
riorem. Contra quam conclusionem multa dicenda se offe-
runt, sed quia instituti mei non est, quæ incidenter occurrunt
examinare, & ex commento commentum facere, non insla-
bo aliter, sed id solum addam, quòd ista conclusio non proce-
dit in legibus pœnalibus, & odiosis secundum Cyn. & Ang. in
l. quisquis, C. ad leg. Iuli. maiesta. dicentes illam legem non pro
cedere in coniurantibus contra alium Principem inferiorem,
quamuis non recognoscentem superiorem, & pluribus ratio-
nibus comprobat Socin. consilio. 275 columna secunda, & se-
quent. libro secundo. Item procedit, vbi militat omnimoda ra-
tio in non recognoscentibus superiorem, quæ militat in Impe-
ratore, alias secus: & ideo consului, iura dicentia barbitonso-
rem, & coquum Imperatoris nobiles esse, propter radios sui
domini, quibus illustrantur, l. prima C. de domesti. & protecto.
lib. duodecimo, & l. omnium, C. de testa. non procedere in bar
bitonsore domini Delphini, quia in eo non est tanta maiestas,
& tantus splendor, quantus est in Imperatore, vt habetur in se
cundo Responso respe. 25. nunc autem est sub titu. de iure im-
mu. Et ex prædictis videtur, quod constitutio inferioris supe-
riorem recognoscentis, non dicatur proprie constitutio. Nec
obstare videtur text. in capitulo lex est constitutio scripta. &
in capitulo consuetudo, § cum itaque. ibi, quæ in scriptis reda-
cta est, constitutio vocatur, 1. distinc. & in cap. lex est constitu-
tio populi. 2. distinctio. & in cap. 133. distin. & hac rub. quæ lo-
quitur etiam de constitutionibus inferiorum, vt patet in capitu
lo cum omnes. & in capitulo cum M. Ferrarien. J. eo. quia in di
ctis iuribus verbum, constitutio, non stat proprie, sed large se-
cundum Panor. & Moder. Sed hæc intelligentia mihi non pla-
cet per tex. in dicto capitulo, lex est constitutio, ergo proprie,
tum quia verbum, est, denotat proprietatem, & veram essen-
tiam, secundum Bartol. in l. maritus, § legis, ff. de adulte. Tum
quia verbum, constitutio, ponitur in diffinitione, cuius verba
9 debent propriam importare essentiam, cum † diffinitio sit ora
tio substantiam diffinitæ rei significans, secundum gloss. in l.
omnis diffinitio, ff. de regul. iur. & Panormita. in rubri. de sen-
ten excommunicatio. Præterea si solius supremi Principis edi-
ctum esset proprie constitutio, frustra in ff. rubricaretur de
constitutionibus Principum, ut dicit Andr. Sicul. hic, nam ex
ea rubric. facile discerni potest, quòd quædam sunt constitu-
tiones Principum, quædam aliorum inferiorum. Item, vt di-
10 cunt Modern. constitutio † est nomen generale ad omnes ius
scriptum, dicto §. cum itaque. & sic tanquam genus compre-
hendit & constitutiones inferiorum. ergo constitutio inferio
ris erit proprie constitutio, quia posito genere ponitur quæli-
bet eius species, l. quid earum, §. inter emptum, ff. de legat. ter-
tio, & quælibet eius species ponitur proprie, secundum Bal-
dum in l secunda, C. de iure aureo annullo. & probatur in l.
semper in generalibus, ff. de regulis iuris. quòd uerum est si sit
tale nomen, quod possit stare vt genus, & vt species secun-
dum Bartol. in rubrica, ff. soluto matrimonio, columna ante-
penultima uersicul. uel dic etiam, vt in casu nostro, in quo cō
stitutio potest sumi, vt genus pro quolibet iure scripto, & in
specie, pro edicto solius supremi Principis, & ita tenendo non
obstat text. in dicto capitulo, constitutio, quia ibi describitur
constitutio prout sumitur in specie, & ista arbitror verissima;
& seruire possunt ad statuta loquentia de constitutionibus,
vt etiam de constitutionibus inferiorum sint intelligenda.
quod credo verum in materia fauorabili, sed odiosa vide-
tur, quòd de constitutionibus Principum duntaxat ueniant
11 interpretanda, quia in materia odiosa verbum, † quod potest
sumi vt genus & species, semper intelligendum est ut species,
secundum Panormita. in capitulo Rodulphus, columna pri-
ma, intra de rescriptis, & solet allegari text. in l. hoc legatum,
ff. de legatis tertio, & ita in statutis dicit Alexand. in rubrica, ff.
soluto matrimonio columna sexta. Sed circa prædicta, aduer-
12 tendum est ad plura, nam si constitutio dicitur † a con, quod
est simul, & statutio. quasi commune statutum, ut dicunt Pa-
normitan. & alii hic, non videtur verum, quòd constitutio
proprie dicatur edictum solius Principis, uel alterius inferio-
ris: sed id, quod a populo, vel ab aliqua vniuersitate, seu colle-
gio statuitur, proprie dicatur constitutio, quasi communis
statutio. Istud ostendit etymologia, quæ nihil aliud est, quam
resolutio uerbi in proprium significatum, secundum Bald. in
capitulo primo § si quis de manso in usibus feudo. de contro
uersia inuestituræ, & ita dicunt Goffredus, & Imol. hic, & Ioan
nes Monachus, in rubrica eiusdem tituli, libro sexto, & Archi
diaconus in capitulo primo, in verbo, constitutionem, eodem
titulo libro sexto, ad istud Panormitanus hic videtur respon-
dere, quòd non dicitur constitutio communis statutio, eo re-
spectu, quòd a congregatione edatur, sed ea ratione, quia de-
bet esse omnibus communis, & æqualis, capitulo erit autem
lex, quarta distinctione: alioquin si contra particularem perso-
nam edatur, iniqua est, & ab ea potest appellari, l. prima, §. so-
lent, ff. quando appella. sit. & contra legem, vel statutum, in
13 odium aliquorum particularium editum, † obstat doli exce-
ptio. l. prima, in fin. ff. de exceptio. doli. & dixi libro primo Re-
sponso capitulo octauo, & capitulo vndecimo, nouissime au-
tem illa capitula habentur sub titulo de legibus mu. feu. statu.
Aduerte, quia Panormitanus in hac solutione videtur sibi ali-
quantulum aduersari: vult enim constitutionem ideo nomi-
nari, quia omnibus est communis, ergo etiam lex populi erit
proprie constitutio, quia & ipsa debet esse communis, dicto
capitulo erit autem lex. cuius contrarium dixit supra Panor-
mitanus, & certe si uera est hæc etymologia fateri oportet,
quòd constitutio principis non sit proprie constitutio: nisi
saluando dixeris, quòd constitutiones Principum statuuntur
cum consilio, & deliberatione procerum sacri palatii, & totius
cœtus patrum, & Senatorum. l. humanum, C. de legibus & isto
respectu possent dici editæ a congregatione, sed adhuc hæsi-
to, quia & si Princeps statuerit cum consilio procerum, non
tamen ipsi consultores dicuntur simul statuere, quia actus
non attribuitur consultori, sed consilio, vt traditur per Panor
mitanum in capitulo non potest, columna fin. de re iudica. &
Rot. de rescript. decisione 73. & ratio est, quia consultus non
tenetur, nisi velit consilium sequi, capitulo cum olim, de ar-
bit. & quòd actus condendi legem attribuatur soli Imperato-
ri, est text. ad literam in l. finali ibi, in præsenti tempore soli Im-
peratori concessum est legem condere, C. de legibus. Ideo tu
considera si melius dici posset, quòd dicatur constitutio, qua-
si considerata & deliberata statutio, inquit enim Marianus,
ex re constituendum esse, idest considerandum, an is qui vul-
nerauit vt occideret, pro homicida damnandus sit, l. pri-
ma §. diuus, ff. ad legem Corneli. de sicar. Vel quasi constans
statutio, l. Iustitia, ff. de iustitia, & iure, Iuxta præmissa quæri-

54 tur, an Papa † absque collegio Cardinalium, & Imperator absque
consilio procerum, possint legem condere? & communiter
respondetur, quod Papa & Imperator, soli possunt legem con-
dere. & quæcunque ardua peragere, absque eo quod teneantur
requirere, vel sequi consilium suorum procerum & Cardina-
lium, quibus auctoritatibus & rationibus comprobatur. Primo text. in l. hu-
manum, C. de legi. vbi Albe. de Rosa. dicit ita esse tenendum,
quia ista est communis opinio per illum text. sed licet ille tex.
dicat quòd solus Imperator est legum conditor, & interpres,
non tamen sequitur, quod non teneatur in editione iurium ha-
bere consilium suorum procerum, tum quia dictio solus,
55 † non excludit consocios, secundum gloss. in capitulo plerun
que, secunda quæstione septima, & in capitulo submittitur 21.
dist. not. glo. in capitulo primo, in glo. fin. de hæret. lib. 7. Bald. in
l. i. in i. oppo. C. de bo. poss. contra tabul. facit tex. in cap. si au-
tem, 15. quæst. 7. tum quia dicitur solus facere, qui aliorum con
silio facit, ut supra dixi. Secundo per tex. in capitulo cuncta per
mundum, vbi sine vlla sinodo, 9. quæst. 3. sed hic text. loquitur
de apostolica sede, quæ sine vlla sinodo potest damnare & sol
uere. intelligo autem apostolicam sedem consistere in Papa &
Cardinalibus, ut not. Ioan. And. in capitulo si Abbatē, de elec.
lib. sexto, & in capitulo auctoritate, de priuileg. eod. lib. Tertio
allegat tex. in clemen. 1. ad fin. ibi, plena & libera dispositio, ex
suę potestatis plenitudine pertinere dignoscitur, vt lite penden
te iuncta glo. vulgata in clemen. dudum, in verbo, libere, de
sepul. sed hic tex. non loquitur in arduis, sed in collationibus
beneficiorum. quæ respectu eorum, quibus conferuntur, dicū-
tur gratiæ, capitulo relatum, de præben. & sunt partimeis posi-
tiui, vt late per Fely. in capitu. quæ in ecclesiarum, in fi. eo. Item
ibi non dicitur, quod Papa habeat liberam potestatem in benefi-
cialibus simpliciter, & secundum potestatem ordinariam, sed
ex plenitudine potestatis, & sic secundum extraordinariam fa-
56 cultatem, qua non debet † Papa vti, nisi ad remouenda scanda-
la; nec legitur, quod populus Romanus vnquam vsus fuerit
plenitudine potestatis, teste Bald. in titulo de pace Constan. in
versiculo libellarie. & in l. 2. circa medium. C. de commu. re-
rum aliena. Curt. consilio 20. columna 2. Ias. in l. quanquam, C.
de testamen. mili. Quarto adducitur persuasiua ratio; ecclesia
militans exemplata est ad instar triumphantis, secundum glo.
in clemen. ad nostram, in verbo, ecclesiæ, de heret. sed in triū-
phantibus est vnicus Deus, cui omnia parent, ergo etiam in mi'i
tanti debet esse vnus princeps, qui omnia possit: sed Deus non
eget consilio: quo tamen eget papa. Item hęc consequentia
omnem Cęsari adimit potestatem, quam illi Christus permi-
sit. Quinto allegat tex. in capitulo fundamenta, §. decet, de ele-
ctio. libro sexto, sed facilis est responsio, si exponitur, decet,
idest oportet, vt exponitur per gloss. in l. fin. §. decet, C. de post-
limi. reuer. quod enim decet papam, eum facere oportet: quia
lex honestatis non minus debet obligare papam, quàm lex
præcepti, ut dicit Barto. in l. imperium, columna secunda, ff. de
57 iurisdictio. omn. iud. e. ubi inquit, quod duplex est † necessi-
tas. Quędam, quæ precisè imperat, & hac necessitantur subditi
a superioribus. Quędam est necessitas honestatis, & hac neces-
sitatur princeps, l. digna vox, C. de legi. licèt enim non sit, qui
audeat dicere principi, cur ita facis? vt dicit Bald. in prælu. lus
feudorum, tamen Deo subiicitur, qui omnibus honesta ser-
uanda præcipit, & si papa vult in terris gerere vices Christi,
vere & non nudo nomine, debet sequi vestigia Domini, qui a
lege honestatis non aberrauit, nec aberrare potuit, cum om-
ne inhonestum, sit Deo impossibile, ut not. in capitulo primo,
in princip. per gloss. supra de summa Trinita. & fide catholic. &
debet princeps animaduertere eo minus sibi esse licentię, quo
plus potestatis habet, teste Bald. consilio incipien. Præmitten-
dum est, & Socyn. consilio 20. columna fin. inter consilia Cur.
& si pertinaciùs insistetur, dicendo quod huiusmodi expositio vio-
lat literam. Dicam, quod ille tex. non loquitur in arduis, si lo-
quatur de concedentia, & honestate non obligatoria, nec ob-
stat vniuersalis dictio, quibuscunque, quia non est absonum re-
stringere propositionem vniuersalem ad ea, quæ ardua non
sunt, ut docet Bar. in l. prima. § nunciatio, ff. de noui oper. nun-
cia. Sexto ponderatur text. in l. humanum, C. de legib. si hu-
manitatis est, ergo non necessitatis, l. ambiguitatem, C. de vsu-
fru. l. humanitatis, C. de excusatione tutorum, l. humanitatis, C.
de impube. & aliis substitut. Ad istum textum potest respon-
deri, quod quantum ad Imperatorem, qui vult legem condere,
humanitatis est requirere consilium tot virorum, qui ibi nume
rantur, uidelicet procerum, Senatorum, & iudicum. quia om-
nes non fuerunt sibi dati coadiutores imperii: sed requirere
consilia eorum, qui dati sunt coadiutores imperii. vel Aposto
latus, ut sunt Cardinales per capitul. venerabilem, qui filii
sint legiti. est necessitatis, non humanitatis, alioquin frustra
constituti essent a Deo coadiutores, ut infra dicetur, uel potest
responderi, vt responsum fuit ad text. in dicto capitulo, funda-
menta, § decet. Septimo citatur text. in capitulo primo, vige-
sima distinctio. vbi dicitur, quòd Christus commisit Petro cla-
uigero iura cœlestis & terreni imperij. Quidam dicunt, quod
hic tex. palea est, & verum dicunt: quia est Gratiani, qui gra-
tiam Pontificis aucupabatur, vel aliter respondetur, quòd Chri
stus commisit iura Petro seruanda, non violanda, violantur au
tem, si coadiutorum consilium in arduis non requiratur, dicto
capitulo per venerabilem, & infra probabitur, vel aliter respon
detur, quòd soli Petro non fuerunt commissa iura cęlestis, &
terreni imperii, sed omnibus Apostolis, quibus dixit, Quęcun-
que ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlis, Matthei
18. & quibus dixit, Accipite spiritum sanctum; quorum remi-
seritis peccata, erunt eis remissa, Io. 20. quibus etiam dixit, Ite
& prædicate Euāgelium omni creaturæ, Matth. vlti. id autem,
quod dixit Petro, in persona omnium dixit, capitulo quodcun-
que ligaueris. vigesimoquarto, quæstione prima. Imo si verū
agnoscere velimus, fateri cogemur, Petro non fuisse commis-
sa iura terreni imperii, quia Christus dixit, Regnum meum nō
est de hoc mundo; & quia iussit Petro, vt gladium poneret in
vagina. Et ex istis patet responsio ad aliud argumentum, dum
dicitur, quòd Petrus est Cęphas & caput Apostolorum: quia
istud non negatur, sed dicitur, quòd non sequitur consequen-
tia, ergo solus potest ardua tractare, vt infra patebit. Imo sequi
videtur contraria consequentia, quia caput a membris separa-
ri non debet, alioquin necesse est corporis dissolutionem fieri,
capitulo sunt plurimi, §. verum, & capitu. ex merito, 6. quæstio.
1. & cap. non decet, 12. distinctio. Ex istis etiam patet responsio
ad plura alia iura, quæ soli Papę supremam attribuunt potesta
tem, tum quia ei soli data non fuit, sed omnibus Apostolis; tū
quia in arduis cōstituti fuerunt Cardinales & Episcopi coadiu-
tores officii, d. cap. per venerabilem. tum quia talia iura edita
fuerunt ab ipsis Pontificibus, quibus credendum non est in ea
parte, qua sibi iurisdictionem, & authoritatem ascribunt, nisi
quatenus Euangelica lege eorum potestas iustificatur, l. ex sen-
tentia, vbi Bar. ff. de testamen. tut. l. vxori. §. primo, ff. de falsis &
copiose per Felyn. post Panormit. Hostien. & alios, in cap. quo
niam contra falsam, col. 20. de probat. Decius consi. 159 colum.
4. Nec refert, quòd plures numero teneant pro potestate Papę,
quia adulatores fuerunt, vt plerique autumant, & de eorum au
thoritatibus non est curandum, quia non ex multitudine au-
thorum, sed ex rationibus constituendum est, l. 1. § sed neque,
C. de vete. iure enucle. & inquit Dominus, in iudicio nō acquie
scas sententiæ plurimorum, vt a veritate deuies, Exodi 23 Octa-
uo Barba. in tracta. de pręst. Cardi. quæstio. 2. ponderat text. in
capitulo, Episcopo, nona quæstione tertia, vbi dicitur, sola Ro
ma. ecclesia sua authoritate valet iudicare de omnibus, de ea
vero nulli iudicare permittitur. Sed hic etiam text. probat op-
positum, quia Cardinales constituunt Romanam ecclesiam,
vt ostendunt Panormit. & Felyn. post Ioan. Andr. in c. ego N.
de iureiu. Imo si verum agnoscere velimus, Romana ecclesia
58 † constituitur ex omnibus Christi fidelibus: quia vnica est eccle
sia Christi super petram, idest super fidem fundata. Nono fa-
cit, quia Papa est Vicarius Christi in terris, c. quanto de transla.
Episco. & cap. quos Deus, 33. quæstio. 2. ergo sicut Christus nō
requirebat consilium ab Apostolis, non etiam debet eius Vi-
carius arctari ad requirendum, ad istud responderi potest dupli
citer. primo quod Christus non agebat consilio rudium Apo-
stolorum, sicut Papa eget consilio Cardinalium. Secundo re-
spondetur, quòd ardua non transeunt in Vicarium, nec succes-
sorem in dignitate, nisi specialiter concedatur, secundum Bald.
& Felyn. in capitulo fina. §. 1. de officio delega. & quod non trā-
seant in Vicarium, probatur in capitu. 2. & 3. de offic. Vica. lib.
6. Non legitur autem talis potestas data specialiter Papę, imo si-
bi est interdicta, vt infra probabitur, ergo &c. plura alia addu-
cuntur pro hac sententia, sed quia leuia sunt, & ex præmissis
dissolui possunt, non curo aliter super eis insistere. ¶ Pro con-
traria sententia, quod Papa nequeat ardua negotia expedire sine
consilio Cardinalium, & diuinis & humanis iuribus probatur.
Primo legitur Deuteronomij secundo, si aliquid difficile, &
ambiguum emerserit, venies ad Sacerdotes Leuitici generis,
& ad iudicem, qui fuerit illo tempore, qui iudicabunt tibi iudi
cii ueritatem, quorum sacerdotum Leuitici generis loco suc-
cesserunt Cardinales, cap. per venerabilem, §. rationibus, qui fi-
lii sint legitimi. Secundo probatur ad Galathas capitulo secun-
do, vbi Paulus, cui euangelizandi munus a Deo commissum
fuerat, oraculo diuino iussus contulit suum Euangelium cum
Barnaba, & Tito coapostolis & comitibus, quos solos habe-
bat in Hierosolyma. Tertio probatur Lucę vigesimosecundo.
vbi suborta inter Apostolos contentione de primatu, respon-
dit Dominus, ego in medio vestrum sum, sicut qui ministrat:
vt doceret eum, qui primatū ambit, debere ministrare iota, &
cætera ardua in medio Apostolorum, idest Cardinaliū & Epi-
scoporum sedens, & non clanculum, & seorsum ab is, & sine
consilio

consilio illorum. Quarto potestas soluendi & ligandi fuit omnibus Apostolis concessa, vt ostensum fuit supra. firmant Panorm. & alij *communiter*, in cap. translato, infra eodem & probatur in capitu. loquitur dominus ad Petrum, 24. quæst. prima, vbi Cyprianus papa inquit, Licet exordium catholicę fidei ab vnitate proficiscatur, scilicet a Petro, tamen cæteri Apostoli idem sunt quod Petrus, pari consortio præditi & honoris, & potestatis. ad idem tex. apertus in capitulo noua, de pœniten. & remissio. Et licet Petrus fuerit constitutus Apostolorum caput, non tamen sequitur, quod solus possit ardua tractare sine consilio fratrum, quibus communiter fuerunt traditę claues, & data legis condendę potestas. Imo ex hoc quod Petrus fuerit constitutus primus & caput aliorum, non sequitur, quod prælatus non possit legem promulgare, nec quicquam arduum peragere sine consensu collegii Cardinalium, c. ptiu. quanto, capitu. nouit, de his, quæ fiunt a pręla. sine consen. capitu. & traditur per Innocen. in capitu. quod in dubiis, de renuncia. & in capitu. ad aures, de tempo. ordin. & per Abbat. in elemen. 2. de rebus eccle. non alienan. & Lapum allegat. xlix. licet materia. & per Panormit. & Felyn. post Innocen. in capitu. causam quæ, colum. 2. de iudic. & per Felyn. in ca. fin. §. 1. colum. penul. de officio delegato. Nec dicatur, iura, quę dicunt prælatum non posse ardua tractare, sine consensu capituli, loquitur in pręlato inferiori: unde non deberet extendi ad papam uel Imperatorem, qui sunt legibus soluti, l. princeps, ff. de legibus quia respondetur, quod dicentes papam posse ardua peragere sine consensu & consilio Cardinalium, quia est solutus legibus, pręsupponunt papam ideo posse, quia potest iura peruertere, non autem posse, quia reperiatur a Deo sibi data huiusmodi potestas. quod ultimum probandum est, quia de potestate principaliter quæritur. uidetur autem ex præmissis probari, quod Petro soli non fuerit data potestas, sed omnibus simul. quo stante, aut uolumus dicere datum fuisse omnibus collegialiter, & tunc necesse est iurisdictionem esse apud collegium, & sic apud omnes ut uniuersos, & non penes singulos, capitu. irrefragabili, §. excessus, & quod ibi not. de offic. ordin. firmat Panormit. in capitu. prudentiam, in princip. colomn. 2. de offic. delegat. & istud fateri uidentur hi, qui dicunt Petrum esse caput collegii Apostolorum. Caput enim corpus præsupponit, capitulo cum non liceat, de præscript. & ad essentiam cuiuslibet perfecti colle-
19 gii † requiritur unum caput, secundum Innocen. in capitu. dilecta, de excep. præla. & istud est, quod docebat Paulus Apostolus ad Ephesios, iiii. capitulo unum corpus, unus spiritus, una spes uocationis nostrę, vnum baptisma, vnus dominus, vna fides, vnus Deus. quam vnitatem tenere & vindicare debent, maxime hi, qui in ecclesia Dei præsunt, capitulo. loquitur, xxiiii. quæstion. 1. Aut volumus dicere iurisdictionem, potestatem datam fuisse omnibus, vt singulis; & tunc necesse est alterum de duobus fateri: aut quod sit data omnibus simul, aut cuilibet insolidum. primo casu constat vnum non posse iurisdictionem exercere sine aliis, l. fina. C. de autho. præstan. l. si uni, ff. de re iudicat. & d. capitulo. prudentiam & capitu. causam, de officio delegat. Secundo casu quilibet potest eandem iurisdictionem exercere, cum eam quilibet habeat insolidum, l. 1. ff. de offic. Consu. capitulo cum ab ecclesiarum prælatis, & capitu. duo, de offic. ordina. & sic quilibet Episcopus hoc attento haberet eandem potestatem, quã habet papa, quia episcopi hodie repræsentant Apostolos, & eorum loco successerunt, capitul. in nouo, xxi. distinct. capitul. quorum, lxviii. distinct. capitu. porro, lxvi. distinct. capitu. uidentes, xii. quæstion. & consequenter quilibet posset ardua tractare solus, sicut prætenditur papam posse. Sed istud vltimum negabunt, qui partes Pontificis tuentur, ergo cogentur fateri alteram, quod potestas sit omnibus simul data, ergo vnus sine alio non poterit ardua tractare. Quinto pro hac parte facit text. ad literam in capitu. Anastasius, xix. distinc. ubi Anastasius papa nutu diuino percussus est, quia sine consilio Episcoporum & presbyterorum Achatium hæreticum communicauit ecclesiæ. Et si tu dixeris, vt dicunt gloss. & alii, quod ille text. loquitur in concernentibus fidem; in quibus est speciale, quod papa non possit aliquid statuere sine consensu uniuersalis Concilii, tunc vellem duo a te scire. Primum, utrum Petro data fuerit alia potestas, quæ extra fidem sit, & quæ ad fidem non pertineat. mihi enim uidetur, quod Dominus Iesus Christus dum dixit, Tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo Ecclesiam meam, loquatur de Ecclesia sua, id est de fide, quam super petram, id est firmitatem ædificare uoluit, capitulo. fidelior. 20. distinctione, & hac de re rogauit Patrem, vt non deficeret fides Petri, capitulo primo, §. primo, xxi. distinctione, nam de temporalibus, quę fidem non concernunt, nulla reperitur Petro concessa potestas, vt supra dixi: vnde Papa qui vices domini nostri Iesu Christi gerit in terris, eam non debet sibi arrogare potestatem, quam Dominus noster respuit, dum dixit, Regnum meum non est de hoc mundo. ex quo constat Petro & eius successoribus solam animarum curam fuisse decretam. Et ideo ei dixit, pasce oues meas, verbo fidei & doctrinæ. si ergo nulla alia fuit sibi cura demandata, quam animarum salus, quæ in sola fide consistit, capitulo primo. supra titulo primo. Et in his, quę fidem concernunt, nihil potest sine consensu coepiscoporum, consequitur vt nihil arduum possit solus attentare. Secundum, quod vellem scire, est: quæ nam fuerit ratio specialitatis, quare in concernentibus fidem Papa nihil possit sine concilio. Si responderis ita statutum, quia Papa solus potest errare, prout errauit Anastasius: respondebo etiam Papam errare posse in reliquis, quæ fidem, non concernunt, vnde nec in reliquis quicquam poterit sine Concilio, in quo nullus fuit error inuentus, cap. accepta, vigesimaquarta quæstione prima. constat enim Petrum etiam quandoque lapsum, & a Paulo correctum emendatumque fuisse. Si autem responderis ita statutum, quia de arduo agitur negotio, vt plerique dixerunt. Ergo eadem ratione ita statuendum in aliis arduis, quę fidem non con-
20 cernunt: nam etiam in iuribus limitatoriis † ex identitate rationis idem ius statuitur, l. filium habeo, ff. ad Macedonianum l. libertum. §. Senatusconsultum. ff. de ritu nuptiar. nota. Bartol. in l. si constante, in nona quæstione. prima parti. ff. soluto matrimonio. & Iason in authent. quas actiones, C. de sacrosanctis ecclesiis. Plura etiam iura tam ciuilia, quam canonica, adduci possent pro hac parte; sed quia faciunt in argumentum, non curo de talibus a longe facientibus implere folia, maximè quia Mod. hic, & Barb. in tractatu de pręstantia, Cardina. nonnulla ex ipsis citarunt, & hanc sententiam contra Papam & Imperatorem tenent Monach. & alii plures relati hic perscriben. & idem tenuit Bald. in l. cum multa, C. de bonis, quę liber. Bald. & Ias. in l. placet, per illum tex. C. de sacrosanct. ecclesiis. & per tex. in l. quarta. C. de diuer. rescriptis. Andr. Sicu. in dicto tractatu de postulandis. Cardin. quæstione 2. & Fel. sibi contrarius in dicto capitulo fina. § primo. infra de offi delegat. Et re vera horum sententia potior videtur; tamen pro concordia consideratur sic posse distingui. Aut quæritur de potestate circa ea, quę iam statuta sunt & determinata. Aut de potestate circa statuenda de nouo. Primo casu papa, & Imperator sine dubio possunt soli, etiam quod de re ardua agatur, insequendo statuta patrum & traditiones, quicquid volunt disponere, & ita procedit communis opinio. Secundo casu, aut agitur de aliquo ordine statuẽdo, quod consistit in iure positiuo, & tunc papa & Imperator potuerunt soli statuere absque consensu, vel consilio alicuius, quia in istis papa est super concilium, capitu. significasti, de electio. & quia his, quę sunt positiui iuris, sufficit pro ratione voluntas, vt nota. per glos. in lege prima, §. pueritiam, ff. de postula. & per Felyn. in capitulo, si quando, vbi dixi, infra de rescriptis, & in istis etiam potest procedere sententia communis. Aut agitur de aliquo arduo, quod consistit in iure diuino, aut naturali, vel quasi, & tunc neque papa sine Cardinalibus, neque Imperator sine Senatoribus poterit quicquam decernere, & ita procedat contraria opinio. Et si de concernentibus fidem agatur, cum concilio vniuersali res hęc determinanda erit, dicto capitulo, Anastasius, & in capitulo, sicut decimaquinta distinctione, & traditur per Panormitanum in disputatione
21 exordiente, Episcopus, &c. Sed an in istis † casibus, in quibus papa & Imperator nequeunt statuere de nouo absque concilio procerum, teneantur sequi consilium illorum? Videretur quod non, quia obligatus facere actum cum alterius consilio non tenetur illud sequi, l. Titium, in principio. ff. de administratione tutorum capitulo primo, de capel. monaco. capitulo cum olim, infra de arbit. In contrarium facit text. in capitulo venerabili, infra de officio delegat. vbi dicitur, quod is cui datus fuit alius coadiutor in officio, cum clausula, quod sine illius consilio nihil agi possit, tenetur requirere & sequi consilium. & per illum textum dicit Panormitan. in dicto capitulo venerabili quod si is, qui habet consulere, sit particeps officii, tunc eius consilium sapit consensum. Sed Cardinales sunt dati in officio coadiutores Pontificis, dicto capitulo per venerabilem, §. rationibus, & eis ac omnibus Episcopis similis fuit data potestas, vt supra probatum fuit. Ergo papa tenebitur sequi eorum consilium. Considera si dici possit: aut res, de qua agitur, est multum ardua, & maximi momenti, vt si agatur de vniuersali statu ecclesiæ, & tunc Papa debet sequi eorum consilium.
Aut res, de qua agitur, est ardua, sed non multum, & tunc consilium sequi non arctatur. Ita distinguit Fe-

ly in Episcopo, an teneatur facere cum consilio, vel cum con-
sensu capituli, in ca. in causam, colum secunda de iudi. pro qua
distinctione bene facit tex. in cap. si pro debilitate, J. de officio
delega. Et ex his vtiliter absoluta remanet hęc terminalis quę-
stio, quid sit constitutio, & vnde dicatur, & in quo differat a
lege. Nunc pro maiori terminorum cognitione superest, vt
inquiramus in quo differat constitutio a canone, a decreto,
a decretali, a sanctione pragmatica, annotatione, interdicto,
mandato, dogmate, & similibus. Glo. 3. distin. in summa,
& Hostien. hoc eod. titu. in summa. dom. Andr. Basig. & De-
22 ci. in 2. lectura, qui respondent, quod constitutio differt † a
præmissis omnibus, sicut differt genus a specie. Dicunt enim,
quod canon dicitur constitutio edita in Concilio generali, vt
probatur in summa, & capi. in Nicena, 31. distinct. & Grecè
23 dicitur, † canon, Latine regula, capitu. canon, 3. distinct. & hac
ratione id, quod præstatur anno quolibet ab emphyteuta, di-
citur canon emphyteuticus, quia regulariter sua die præsta-
tur, authen. qui rem, C. de sacrosanct. eccles. & quæ annua-
tim præstantur, canonicę pensiones nominantur, l. præter,
C. de lustris aduoca. lib. 12. Hinc largitio, siue tributum, quod
ex more soluitur Principi, canon appellatur. C. de canon. lar-
gi. in rubro & nigro, lib. x. hinc canon vestium, qui militi-
bus ex more traduntur, l. 1. C. de mili. vest. lib. 12. hinc canon
annonæ, quæ militibus præstari solet, l. 2. C. de appella. præ-
24 fect. ann. lib. 12. hinc dicitur † canonicarius, qui regulares exi-
git præstationes, §. hoc quoque obseruari, in Authentic. de
colla. hinc canonica portio, quę parochiano debetur de relictis
alteri ecclesiæ occasione sepulturæ, capitu. de his, infra de se-
pultu. hinc quarta canonica, quæ Episcopo præstatur a paro-
chiano sacerdote de oblatione, & decimis parochialibus, x.
quæst. 1. capitulo de his, & 12. quæstio. 1. vobis. de quo plenissi-
me per Pet. de Vbal. in tractatu de canon. Episcop. & parochia.
hinc canonica institutio, quę secundum regulas iuris facta fuit,
capitulo primo, de regu. iur. in sexto. hinc canonica electio, &
canonica præscriptio capitu. cum olim, de dolo & contuma. ca-
pitu, cum olim, de præscrip. Et potest institutio, vel electio tri-
25 pliciter appellari † canonica largè. & strictè, & strictissimè, vt
declarat Archidia. in capitulo nullus 61. distinct. Geminia. con-
26 silio 88. Innocentius Papa, hic dicitur † canonicus, quasi cano-
nice institutus, & secundum hunc sensum quilibet beneficia-
tus posset dici canonicus, quod admittit Io. Andr. si large lo-
quamur. Ita Ioan. And. in cap. 1. de electio. lib. sexto. & Panor.
in capitulo causam quæ, colum. 2. de iudic. & in titulor. de vita &
honestate clericorum, sed propriè non dicuntur canonici, ni-
si collegiati in aliqua ecclesia, quia sub certa viuendi regula
recipiuntur, & sic dicuntur canonici a canone, idest regula, di-
ctu capitulo canon, secundum Panorm. in dictu capitulo cau-
sam quæ. Sed certe etiam secundum hunc sensum monachi, &
fratres de obseruantia dicerentur canonici, vnde necesse est di-
cere, quod canonici teneantur magis ad seruandos canones,
quàm cęteri, & hoc respectu dicuntur propriè canonici, secun-
dum Card. in capitu. fin. de cleri. non resid. Et hoc stante, quod
canon dicatur constitutio edita in Concilio generali, sequitur,
quod constitutiones synodales, seu prouinciales, non recte di-
cantur canones, quod firmat Bald. in capitulo primo, infra eo.
& Card. in clemen. 1. in princip. quæst. o. 26. de priuileg. per il-
lum text. vbi secundum eum fit differentia inter excommuni-
catos a canone, & excommunicatos per statuta sinodalia, vel
prouincialia. Sed in contrarium facit, quia canon dicitur regu-
la, quę homines regulat ad beate beneq; viuendum, cap. regu-
la, 3. dist. Sed constitutiones prouinciales, & sinodales etiam di-
riguntur subditos ad beate beneq; viuendum, ergo &c. Item in
contrarium facit text. in d. cap. regula, §. porro. vbi dicitur, por-
ro canonum alij sunt decreta Pontificum, alij sunt statuta Con-
ciliorum. Conciliorum vero alia sunt vniuersalia, alia sunt pro-
uincialia. pondera, quod etiam prouincialia statuta sunt cano
nes. Item pondera, quod omnia Pontificum decreta sunt ca-
nones. ergo propriè: quia dictio, sunt, denotat essentiam, &
proprietatem, secundum glo. in l. mercis appellatione, ff. de vee
bo. signifi. & Barto. in l. si maritus, §. legis Iuliæ, ff. de adulte. Ter
tio facit tex. in cap. de libellis, in fin. 20. dist. ibi, sanctorū patrū
statuta, quæ apud nos canonum nomine intitulantur. Quarto
facit tex. in cap. 1. J. eo. vbi probatur, quod omnis constitutio dici-
tur canon, dum dicitur, canonum statuta custodiantur ab om-
nibus, & ita tenet Cald. consi. 9. sub rubr. de reg. vbi consuluit,
quod Abbas, qui habet potestatem dispensandi cum monachis su-
per irregularitate imposita a canone, poterit dispensare super
irregularitate imposita ex constitutione ordinis, quia etiam
constitutio ordinis dicitur canon. & idem tenet Calde. consil.
16. sub ista rubr. de constitut. vbi dicit, quod habens potestatem
dispensandi cum celebrante post excommunicationem latam
a canone, etiam poterit dispensare cum celebrante excommu
nicato a constitutione capituli. Quid tenendum? Felyn. & alij

Moderni. in dicto capitulo primo, dicunt quod canon pro
prie, & stricte capitur pro constitutione edita in concilio vni-
uersali, largè autem pro omni constitutione ecclesiastica, d. ca
pitulo primo. Et ideo dicunt, quod in materia fauorabili, &
27 extensibili, appellatione † canonis, comprehenditur etiam si-
nodalis constitutio, & ita loquitur Calder. in dicto consil. vbi
loquitur in facultate dispensandi, quæ est fauorabilis & exten
denda, secundum Ioan. And. & alios, maxime Felyn. in cap. fin.
de simo. Sed illa sua distinctio confunditur per iura præællega
ta, quibus non accommodatur, quod responsum est, & con-
funditur per tex. super quibus ipse se fundat in dicta clem. pri-
ma de priui. vbi in materia pœnali, appellatione canonis con-
tinetur omnis constitutio edita a summis Pontificibus etiam
alibi, quam in Concilio. Imo si recte aduertatur, ille tex. con-
tra eos vrget mirabiliter, quia ibi puniuntur absoluentes abs-
que licentia parochialis sacerdotis excommunicatos a cano-
ne, præterquam in casibus a iure, vel sententiis per statuta pro-
uincialia, aut sinodalia promulgatis. Ergo etiam hi, qui sunt
excommunicati per statuta sinodalia, dicuntur excommunica-
ti a canone. Alioqin exceptio non esset de regula contra l.
nam quod liquide, §. fin. ff. de penu. lega. & not. per gloss. &
Bar. in l. prima ff. de regul. iuris. Ego autem teneo, quod etiam
constitutio sinudalis proprie dicatur canon per prædicta. Ad
iura contraria, quæ videntur probare, quod constitutio edita
in Concilio proprie dicatur canon: Respondeo, quod non
negant alias constitutiones etiam posse dici proprie canones.
28 vnde dico, quod canon † potest dupliciter capi, in genere, &
in specie, prout etiam dupliciter sumitur constitutio, vt supra
conclusum fuit: Si capiatur in genere, omnis constitutio re-
cte dicitur canon. Si capiatur in specie, de constitutione conci
liari intelligitur per excellentiam, §. sed quoties, Institut. de iu-
29 re natura. gent. & ciuil. ¶ An autem lex † ciuilis recte canon
appelletur? Præmissa faciunt quod sic, quia etiam lex ciuilis in-
struit nos ad beate, beneque viuendum. In contrarium facit
tex. in capitu. filius, infra de testa. vbi dicitur lex seculi. Et quod
proprie leges ciuiles non dicantur canones sentit Panorm. in
dicto cap. primo, in primo notab. vt firmat Dec. consilio 158.
columna 2. Sed distinguendum est, an leges sint approbatæ a
canonibus, & tunc recte canones possunt appellari, quia cum
sint approbatæ, constat, quod nos ducunt ad beate beneque vi-
uendum. aut non sunt approbatę, & tunc non recte canones
nominantur. Et ita distinguit Panor, in d. capi. si necesse. ad fi-
30 nem. infra de don. inter virum & vxor. Decretum † autem est
constitutio papæ cum Concilio Cardinaliū ad nullius consul-
tationem edita. Decretalis vero † epistola dicitur constitutio
papę ad alicuius consultationem promulgata. Ita gl. Hostien.
& alij concludunt, quod stare potest, si huiusmodi nomina in-
telligantur in specie. Sed in genere omnis constitutio recte di-
citur decretum, c. ne innitaris, in s. eo. tit. c. si Romanorum, 19. di
stin. l. 1. § fin. ff quod quisque iur & l. prima, & per totum, ff. de
decre. ab ord. faci. & C. de decret. Decur. in rubro & nigro. nā
& iudicis sententia etiam decretum recte appellatur, l. nec quę
quam, §. vbi decretum, ff. de offic. Proconsul. & ibi Bald. & Ias.
varias huius verbi significationes referunt, & quid differat de-
cretum iudicis ab authoritate, licentia, & consensu, traditur per
32 glo. in cap. 1. de reb. eccl. non alienan. lib. 6. Sanctio † autem di-
citur constitutio pœnalis, l. sanctio legum, ff. de pœn. Inst. tu de
re. diui. §. sanctę, quod gloss. ibi verum putat de stricta & pro-
pria significatione. Sed large sanctionis verbo, omnis lex Im-
perialis significatur, C. de nouo C. facien. ibi, colligentes vero
in vnam sanctionem, largissime totus iuris ciuilis collectio
denotatur, vt in prooe. Digest. & ibi gloss. idem not. & in l. 2. §.
omni, C. de vete. iur. enucl. & idem tenet glo. in clemen. secun-
da, in versic. sanctioni, de vit. & honesta. cler. & in clement. 1. ę-
pe, in verbo constitutione, de verb. significatio. Aliquando su-
mitur pro quacunque constitutione papæ, cap. sic omnes, 19. di
stin. & ibi Archid. & Card. Alex & in cap. consuluit, 2. q. 5. san
cire enim, Seruio auctore, est consecrare sub sanguine hostiæ.
Hinc lex, quæ sanguinis pœna arcet malos a delictis, dicitur
sanctio, quasi nocentium sanguine consecreta. sancire etiam
est confirmare & roborare. hinc omnis lex aliquid firmans, po
test dici sanctio, d. cap. sic omnes. Qua de re etiam testatoris di
spositio recte dicitur sanctio, l. filium, quem habentem. ibi, san
33 xit testator, C. famil. ercis. Pragmatica † sanctio appellatur con
stitutio Principis super causa, in consistorio Principis ventila-
ta, secundum gloss. in l. fina. C. de diuer. rescrip. tanquam cum
causæ cognitione facta secundum gloss. in capitu. peruenit, 2.
dist. vel dicitur pragmatica, a scriptura, secundum glo. in cap. de
centi, §. rescripta, 35. q. 2. Gramma enim idem est, quod litera,
secundum glo. in l. moris, §. solet, ff. de pœn. & idem dixit glo.
in l. leges. 1. in versi. iudicium programmare, C. de le. Sed verius
dr̄ pragmatica sanctio, determinatio causæ facta a principe cū
34 coosilio pragmaticorum. Sunt autem pragmatici, † sapientes
viri,

viri,qui partium consensu absque lite causas dirimunt,quibus
a'i ju mdo soler præses officium intredicere,l.moris,§. solet, ff.
de pœn.Et hincdicebat Iuuena.

Inde caduat partes in fædere Pragmaticorum.

Vnde non puto Accur.recte sensisse, dum credit eos dici prag-
maticos,qui pragmaticas scribunt sanctiones. Sic cum a iudi-
cibus ordinarius disceditur, & ad principem itur pro dirimen-
da lite,principis determinatio dicitur pragmatica sanctio, & ita
proprie sumitur in dicta lege fin.C.de diuer.rescripi.hinc om-
nis lex edita a principe cum consilio sapientum,dici potest san-
ctio pragmatica, l. lege pragmatica,C.de domes. & protec.lib.
xii.Ita sentit glos.in lege,iubemus,C.de sacrosan.ecele.dicuntur
enim pragmatici a prasi Græce, Latine autem terminatione.
35 Annotatio †. est principis constitutio, motu proprio edita ab-
sque consilio sapientum,secundum glos.in d.l.fin. C.de diuer.
rescript.& in l.non aliter,C.de pala.sacra.largiu.lib.xii.& in hoc
differt a pragmatica, quæ editur de consilio pragmaticorum.
Vel annotatio dicitur,quod a principe statuitur de consilio pau-
corum.pragmatica de consilio plurimorum, secundum gloss.
in l.iubemus,C.de sacrosanctis ecclesiis. Vel verius pragmati-
ca dicitur, quod Imperator cognoscens decreuit de coosilio
pragmaticorum; Annotatio,quod per epistolam,& subscriptio-
nem statuit,dicta ab annotatione,id est subscriptione. Hinc de-
scendit Notarius a notando ,id est scribendo, vel subscriben-
do. Et hæc differentia satis colligitur ex textu,in lege prima. ff.
36 de constitu. Prin. Dogma,est lex † docens fidei scientiam,quę
est vera doctrina,& cęterarum scientiarum viaticum,capitu qui.
sine,xxvi.quæst.a.& idem dixit gloss.in capitu.satis,xcvi. distin.
Generaliter tamen significat cuiuslibet sectę decreta,capitu.qui.
de mensa.ibi,dogmata philosophorum,xxxvii.distinctio. & in
Authen.quomodo oportet Episcopos.in princi.hinc dogmati-
stes,qui alicuius dogmata sequuntur.Inquit enim Hieronymus
Apostoli interpres magis sui, quam dogmatistes. Interdictum,
37 ea lex † vocatur,quæ est simpliciter prohibitoria. Interdicere
enim est denunciare,& prohibere,§.exhibitoria. versicu. sunt
tamen. Institut.de interdic. hinc banniti dicuntur interdicti,
quia eis prohibitus est ad patriam regressus, ff. de interdic. &
relega.l.relegatorum, & l.nulli, C. de senten. hinc prohibitus
a lege de bonis suis disponere,dicitur bonis interdictus, lege is,
cui bonis,ff.de verborum obligatio.hinc prohibitus postulare,
vel officium suum exercere, dicitur interdictus officio, l. mo-
ris,per totam illam legem,ff.de pœn.& l.fin.eodem titu. & In-
stitu.de suspect.tuto.§.si quis autem,cum similibus.Hinc prohi
bitio de non contrahendo matrimonium dicitur ioterdictum,
infra.de matrimonio contracto contra interdict.eccles.Hinc,p-
hibitio de non audiendo diuina,dicitur etiam interdictum eccle-
siasticum,capitu.alma mater,& capitu. si sententia. de senten.
excommu.lib 6.capitu.quod in te,infra.de pœn.Vsus tamen ob-
tinuit omnia iura restitutoria & exhibitoria etiam interdicta ap-
pellari,quasi inter duos dicta,§ exhibitoria,Instit.de interdi. vbi
probatur quando norma loquendi est penes vsum, ut inquit
Horatius,& refert gloss.in lege,Labeo.ff.de supel.lega. Manda
38 tum † autem dicitur ius,quod consistit in moribus, secundum
Hostien. & Moder.hic. Tu dicas, quod omnia legum præce-
pta possunt dici mandata, sed in specie ea sola mandata dicũ-
tur, quæ iudicibus traduntur circa modum gubernandi pro-
uinciam, ut probatur in Authentica, de mandat. Prin.in prin-
cip. vbi Iustinianus attestatur se composuisse librum manda-
torum, & ita declarat glos.ibi in rubrica.& ideo si Rector pro-
uinciæ contrahat matrimonium cum subdita, dicitur contra-
xisse contra mandatum principis, l. & si contra mandata, vbi
etiam gloss.not.C. de nuptiis. Si vero tutor contrahat cum pu
pilla, dicitur contraxisse contra interdictum principis, C. de
interdict.matrimo.in rubro, & nigro. & declarat Odofredus
in lege,qui contra legum præcepta, vel contra mandata con-
stitutionesque principum, C.de incestis nup. vbi expresse pro-
batur mandatum differre a præcepto & a constitutione princi-
pis. Sunt & alia iura, quæ aliis nominibus vocitantur, vt Sena
tu consulta, prætorum edicta, plebiscita, prudentum respon-
sa: alia etiam uariis nominibus appellantur a conditoribus eo
rum, ut tertia distinct.per totum, & Instit.de iure natu. per to-
tum. Vltimo quærit Panormitanus hic, an scriptura sit de
39 substantia † legis, seu constitutionis? quam quæstionem late
prosequuntur Moder. maxime Deci. Pro parte affirmatiua
adducuntur plura. Primo text.in lege, humanum, versicu. di-
ctari,C.de legi. Decius respondet,quod etiam dicitur dictari,
quod uiua voce profertur, l. dictantibus, C. de testamen. & l.
prima, C. de his, qui sibi ascrib. in testamen. Quidam hanc
solutionem non admittunt, quia ibi non solum dicitur le-
gem debere dictari, sed etiam recenseri, & recitari, quæ ver-
ba pręsupponunt necessariam esse scripturam, C. de emend.
Iusti. Codi. ad finem & facit text.in lege prima, C. quemad-
modum testamen.aperian.& l.i. ff. de his, quæ pro non scrip.
haben. Sed certe etiam dicitur recitari, & recenseri, quod ore
exprimitur,iuxta Iuuenal.

Impune ergo mihi recitauerit ille togatas?
Hic elegos,&c.

Et probatur in l.3.§. si quis noali. & ibi gloss.in versiculo re-
censione,ad exhiben.Dubitandum tamen est,quia ista proce-
derent de plano, si ibi simpliciter diceretur legem debere di-
ctari,vel recitari, vel recenseri. Sed ibi dicitur, quod prius id,
quod legem exposcit, ab omnibus patribus examinandum
est.& si placuerit omnibus,debet forma legata dictari,& ea de
nuo collectis omnibus recenseri,& demum in sacro consisto-
rio recitari.pondera, quod prius præsupponitur placitum om-
nium patrum, postea ea forma quæ placuit, delegatur dictan-
da, ab aliquo postea recitanda, quæ dictatæ formæ recitatio
scripturam meo iudicio pręsupponit. & bene probatur in l.
secunda, ibi. testamentum dictasse, iuncta gloss. quæ exponit,
idest scripsisse, C.de his,qui sibi ascrib. in testament. & in l.sed
si maior. ibi, resignari testamentum & recitari, ff. quemad.
testament. aperian. & hic fuit intellectus Bart. in dicta lege
humanum, qui summat. lex hoc ordine fieri debet, prius exa-
minetur, deinde scribatur, postea recitetur. Ideo Decius for-
te sentiens difficultatem transit ad alias solutiones. Respon-
det ergo secundo loco,quod illa forma non est necessaria, se-
cundum Bar.ibi.sed tu aduerte,quia & si Bar.velit,ꝙ vniuersa-
lis ordo,de quo ibi,non sit necessarius, non tamen Bar.vult to-
tum oppositum, si rectè intelligatur:nam Bar.opp.de legibus
Authenticorum,& respondet, ꝙ ideo in illis iuribus non fuit
seruata forma dictæ l.humanum, quia talis forma non est ne-
cessaria,sed ad beneplacitũ,& sic Bar.loquitur de forma omis-
sa in iuribus Authenticorum, non de scriptura, quia constat
scripturæ formam in illis legibus non fuisse prętermissam. vn-
de aliter,& tertio,respondet Deci.quod in d.l.humanum,habe
tur respectus ad communem obseruantiam, quæ est ꝙ lex redi
gatur in scriptis,non ꝙ scriptura sit necessaria. Sed tu considera-
ra, quod hęc solutio non videtur recipienda, tum quia diui-
nat, tum quia verba illius legis repugnant. non enim dixisset
Imperator, non aliter esse in posterum legem promulgandã,
si ad communem obseruantiam respectum habuisset. Imo
ideo scribendam esse, & recitandam iubet legem in consisto-
rio,vt cum summa maturitate & deliberatione fiat, vt sonant
illa verba legis. Secundo allegatur text. in §. constat, Institut.
de iure natu.gen. & ciui.vbi dicitur ius constare aut ex scripto,
aut non scripto. Pondera,quod constitutiones,& leges consi-
stunt in scriptura,& consuetudo in vsu & communi obseruan
tia,vt clarius probatur in §.ex non scripto,eodem titu.Ad idem
text.in capitulo, lex est constitutio scripta,& ca. mos est longa
consuetudo moribus tantummodo tracta. 1. distin. Ad idem
clarior text.in §.cum itaque,cap.consuetudo, ead.distinct. Ad
illa iura,& similia respondet Deci.quod in dictis iuribus distin
guitur ius scriptum ad differentiam consuetu. quæ est ius non
scriptum,non tamen sequitur, secundum eum, ꝙ scriptura sit
de substantia legis.Sed tu aduerte,quod ius distinguitur in duas
species scriptum.s.& non scriptum.Ergo scriptura est,quę cau
sat hanc distinctionem,vt probatur expresse in §.& non inele-
ganter in duas species, & ca.Instit.de iure natu. gen.& ciui. Si
autem scriptura est, quæ hanc distinctionem facit, sequitur ꝙ
scriptura est de substantia iuris scripti. Alioquin non essent
duæ species iuris, quia quæ differunt,specie differunt, substan-
tia,vt homo,& pecus, secundum Porphirium. & not. per glo.
in l.secunda,ff.si cer.pet.& probatur in l. tertia. §. genera. ff. de
acqui.posses. & ibi Ias. primo nota. Et si dixeris,vt dicit Deci.
quod lex, & consuetudo distinguuntur specie alia ratione,
quam scriptura: quia vna expressa, altera ex tacito consensu
populi inducitur: Respond. quod expressus consensus causa-
tur ex scriptura, tacitus causatur ab vsu.& ideo scriptura prin-
cipaliter contemplatur. vnde text.in dicto §. & non inelegan-
ter dicit ius distingui in duas species, propter scripturam, non
propter tacitum & expressum. Et cum Legislator expresse di
cat, scripturam causare has duas species, impium est asserere
quod non sit scriptura, sed tacitus vel expressus consensus,
qui distinctionem facit. Secundo respondet idem Deci. quod
in dictis iuribus distinguitur ius scriptum a non scripto, ratio-
ne facilioris probationis, argum.l.contrahitur,ff.de pigno.Sed
certe lex non diceretur constitutio scripta, nec distingueretur
tur prout diuersa species a consuetudine, si ad faciliorem pro-
bationem requireretur scriptura, quia maior & facilior pro-
batio, & minor probatio non faciunt rem differre specie, lege
fiu. ff. de fun. instru.instrumentoque lega. Tertio respon-
det, quod differentia scripturę sit habito respectu ad commu-
nem contingentiam. Sed nec ista placet, quia ipse pręsup-
ponit, quod scriptura non causet differentiam specificam,
quod constat esse falsum, ut patet ex prædictis. Et quia tex.in
d. §. & non ineleganter, in fin.facit differentiam non respectu
commu-

communnis contingentiæ, videlicet quia leges soleant commu-
niter redigi in scriptis: sed quia non aliter pro legibus haben-
tur, nec recipiuntur, nisi sint scriptæ. Plura alia iura pro hac par
te citantur per Moder. hic, quibus respondent Mod. sed quia
solutiones eorum remanent euacuatæ per prædicta, circa ea
40 aliter non insistam. Vlterius pro hac parte facit, quia lex † di-
citur a lego, legis. Ergo scriptura videtur necessaria, alias legi
non posset, l. i. §. i. ff. quemadmod. testa. aper. Ad istud respon-
det domin. Anton. de Butr. quod lex non dicitur a lego, sed a
ligo, ligas quia omnes ligat, capit. i. J. eod. Sed tu aduerte quia
non liget, nisi sit scripta & publicata, cap. ii. J. eo. & d. § & non
ineleganter, in fi. & in Authen. ut factæ nouæ constitu. princi.
Ergo ad hoc, ut sit lex, & sic ut liget, necessaria est scriptura.
Quidam etiam allegant pro hac parte text. in l. prima, C. de
manda. Princip. arguendo de specie, l. de mandato, quod est
specialis constitutio, ut supra dictum est, ad genus id est, ad om
41 nem constitutionem. Sed certe argumentum † de specie ad
genus, non ualet quo ad positionem cæterarum specierum,
§. plebs autem, Institutio de iure natu. gent. & ciui. Imo, quod
ponitur de una specie, de aliis negatur, leg. quod Labeo, ff. de
compens. l. maritus, C. de procurat. nam quod uni speciei con-
uenit, non potest alteri conuenire: ut ratio, quæ adeo est ho-
minis propria, quod non possit conuenire brutis. Vnde text.
in d. lege. l. uolens necessariam esse scripturam in mandato
Principis, uidetur innuere scripturam non fore necessariam
in aliis constitutionibus, quæ specie differunt a mandato. Item
ille text. uidetur uelle, quod scriptura sit tantum necessaria ad
probandum mandatum, dum dicit credendum non esse asse-
rentibus se uenisse cum mandatis secretis, & sic scriptura non
requiritur ad essentiam mandati, sed ad probationem. Hinc est
quod creditur Cardinalibus asserentibus, se habere mandatum
uiuæ uocis oraculo, cap. nobilissimus, xcvii. distinct. & traditur
per Mod. in capitu cum in iure peritus, J. de offi. delega. quibus
non crederetur, si scriptura foret de substantia & essentia ip-
sius mandati. Et sic hic tex. admodum stringit pro parte nega-
tiua Pro qua plura alia citantur iura. Et primo hic Panor. addu
cit tex. in cap. i. de renun. lib. 6 Sed hic tex. parum facit, secundũ
Decium: quia & si mandetur, constitutionem, illã redigi in cor
pore aliarum constitutionum non tamen sequitur, ergo ante
scripta non erat, sed tñ sequitur ꝙ ante erat extrauagans. Secũdo
idem Panormit. allegat tex. in § sed quod principi, Institu. de
iur. natu. & in l. i. ff. de constit Princip. Sed intelligendo de uo-
luntate principis legitima, & seruata forma d. l. humanum, iste
tex. nihil faciet: & ita ad hunc tex. respondent And. Sicu. & De-
ci. hic post Bald. in l. de quibus, ff. de leg. b. Sed aduerte, quia sen
tentia Imperatoris uidetur ualere, etiam ꝙ non sit de scripti re
citatione probata, secundum gloss. in capitu. fin. de re iudic. lib.
sexto, & firmat Ang. in l. Princeps, ff. de leg. ubi allegat Innoc.
in c. causis, de re iudi. & sequitur Cur. qui alia adducit in consi-
lio. 66. column. v. intelligendo ergo illum tex. in uersic. cogno-
scens decreuit, de sententia Imperatoris, quæ uim legis habet,
l. fina C de legibus. constat legem sola uoce Imperatoris consti
tui posse. Et hoc modo ille tex. probabit. Est uerum, quod De
ci. hic sentiens difficultatem dicit, quod si simplex sententia
principis, absque scriptura constituit ius inter partes, sed non
quoad omnes, nisi redigatur in scriptis. Sed tamen hanc suam
distinctionem non probat. Tertio Panor. adducit text. in dicto
§. constat. Sed certe hic text. facit pro contraria parte, ut supra
abunde dictum fuit. Quarto facit tex. in capitulo primo de io-
reiuran. lib. vi. ibi, iura & consuetudines, scripta & non scripta.
Ergo sunt aliqua iura, quæ non sunt scripta. Sed ad aliud re-
spondet gl. ibi, quod iura non scripta sunt consuetudines. Ideo
gloss. dicit singula singulis esse referenda. Quinto facit text. in
ca. si quis, i. quæstione vij. ibi, scriptam traditionem & non scri
ptam. sed dicas, quod quatenus loquitur de traditione non scri
pta, intelligi debet de consuetudine, uel de traditione non re-
dacta in corpore iuris. Sexto facit tex. in capitulo. institutio-
nes. xxv. quæstione ij. ibi, siue quę scripto decreuimus, siue
quę in nostra pręsentia sancita sunt. Sed tu intelligas hunc
tex. loqui, uel de priuilegiis, quę non requirunt scripturam, se-
cundum gloss. in cle. dudum, §. nos etenim, de sepult. uel de sen
tentiis latis in eius pręsentia, quę principis conspectu ualidan-
tur, etiam quod scripto prolatę non fuerint, argu. l. omnium,
C. de testamen. & not. per gloss. in capitulo fi. in uerbo, illustriũ.
de re iudic. libro, sexto Septimo allegatur tex. in leg. 2 §. nouis-
sime, ff. de orig. iur. Vbi dicitur, quod proprium ius ciuile est,
quod solum in interpretatione prudentum absque scripto cõ
sistit. Ad istum tex. respondet Dec. quod loquitur ante data
responsa, & sic loquitur de iure, quod est in disputatione, & sic
in fieri, non de ipsis responsis datis & firmatis. quę responsio
mihi non sapit, tum quia ex contextu clare patet, quod author
loquitur de iure constituto non constituendo, tum quia
non potest dici proprium ius ciuile esse, quod nondum
est in esse, lege eius qui. ff. si cer. peta. nec enim potest esse qua-
litas sine subiecto, l. prima, ff. de usufruc. unde aliter potest re-
sponderi, quod illa verba, sine scripto, debent exponi, id est sine
decreto principis, ut exponitur in l. prætor, §. fina. ff. de edeo. qua
si dicat, responsa prudentum, proprie dicuntur ius ciuile, quam-
uis decreto principis roborata non sint. Aliter etiam respon-
det gloss. ibi in versiculo, sine scripto, super qua responsione nõ
me fundo, quia facile subuerti potest. Octauo facit tex. in dicta
l. secunda, § exactis, i. vbi dicitur, quod leges duodecim tabul. re
dactæ sunt in tabulis eburneis per scripta, vt apertius percipe-
rentur Ergo requiritur scriptura ad maiorem notitiam, non ꝙ
scriptura sit de essentia legis. Sed tu aduerte, quod ille textus
42 probat oppositum, quia dicitur, quod leges † duodecim tabul.
fuerunt transmissæ a Græcis ad Romanos, qui illas in tab. ebur-
neis posuerunt. Ergo antea erant scriptæ, alioquin quali-
ter transmitti potuerunt, & qualiter transcribi in tabulis ebur-
neis? Sed aduerte, quia ille textus alia ratione videtur pro hac
parte bene facere, quia dicitur ibi, quod populus Romanus an
te legem duodecim tabula. vtebatur incerto iure, & incerta le-
ge Ergo lex est incerta, & non scripta: nisi forte dixeris, quod
lex incerta non est simpliciter lex, capitulo erit autem, quarta,
distinctio. Nono facit, quia Dominus noster Iesus Christus
dedit nobis legem verbo, non scripto, Matt. quinto, Ego au-
tem dico, diligite inimicos uestros, &c. nam ipse docuit pa-
scendum populum verbo, dum dixit Petro, pasce oues meas,
&c. Facit tex. in Authent. vt factæ nouæ, constitut §. primo,
ibi, Paulo antequam lex scripta est, & adhuc ignorata. Et pro
hac sententia allegantur plura iura, quæ parum faciunt, ideo ea
☞ non refero, & hanc tenent *communiter* Docto. testibus Panor. in
capitolo primo, de postula. prælato. Felyn. & Moder. hic. Quid
tenendum? Bald. in dicta lege, humanum, distinguendo concor
dat hanc dissonantem citharam, vt non requiratur scriptura ad
43 essentiam legis, sed bene requiratur ad obligationem: nõ † enim
lex ligat nisi sit scripta, secundum eum, quem sequuntur Felyn.
& Moder. hic. Sed ista distinctio non uidetur uera, tum quia
non est scriptura, quæ liget, sed scientia, & notitia ipsius legis,
tum quia potest legislator facere quod lex liget, etiam antequã
fuerit nota & publicata, secundum gloss. in clementina secunda,
de hæret. vnde tutius est tenere, quod scriptura non sit necessa-
ria ad essentiam legis, nec ad obligationem, sed ad faciliorem
probationem, iuxta l. contrahitur, ff. de pigno. nisi a principio
agatur, quod redigatur in scriptis, iuxta legem, contractus, C. de
fide instrumen. Sed an in dubio agi præsumatur, quod lex in scri
pturam redigatur? Ego crederem, quod sic, per text. in Auth.
vt factę nouæ constit. post earum insinuationes valeant, in ru-
bro, & nigro, vbi dicitur, nouas constitutiones ita demum vale-
re, si fuerint in scriptis notificatæ. Ergo scriptura videtur de sub
stantia; alioquin valeret lex antequam scripta foret, & hac ratio
ne ius scriptum distinguitur a iure non scripto, & ita procedunt
iura, quæ videntur exigere scripturam. Et hæc procedunt in le
gibus supremi principis, secus in legibus inferiorum, in quibus
scriptura videtur necessaria absolute, & indistincte, quia infe-
riorum sententia non valet, nisi prius scribatur, capitu. fin. de re
iudica. lib. sexto, vnde non etiam debet ualere constitutio, se-
cundum Ioannem Andream in regula, nemo potest i. de regu.
iur. in sexto Sed Andre. Sicu. hic istud non admittit, per tex. in
capitu. i. de iureiur. lib. sexto, ibi, scripta & non scripta, qui tex. ni
hil facit, si intelligamus illum tex. quatenus loquitur de iuribus
non scriptis, loqui de iuribus consuetudinariis, ut s. dictum fuit.
Mihi etiam non placet, quia non bene arguitur de sententia
ad constitutionem, quantum ad terminos nostros: nam in sen-
tentia requiritur scriptura, ne sit in potestate iudicis addere vel
detrahere suæ sententiæ; quæ ratio cessat in constitutione, quæ
potest tolli & ampliari pro arbitrio conditoris, l. finali, C. de le-
gi. l. eius est nolle, ff. de regulis iuris. & etiam hanc fallentiam
damnat Rota decisio. 246. constitutio, siue statutum canoni-
corum. Nec dicatur, vt quidam dicunt, quod attenta ratione ꝓ
iudicij possent partes consentire, quod iudex sine scriptis possit
44 iudicare; quia respondetur, quod in † sententia requiritur solen
nitas scripturæ, ad euitandas iudicum fraudes principaliter; so-
lennitati autem inuentæ ad remouendas fraudes non possunt
partes renunciare, capitulo finali, de pac. lib. sexto, l. nemo po-
test, ff. de lega. i. iuncta l. iubemus, C. de testamen. vnde non ua-
let pactum, quod iudex non possit syndicari, secundum Bald.
in l. si seruus uetitus, ff. de lega. primo. Ange. & Imol. in l. si mo
ra, ff. soluto matrimonio, quia dolus de futuro remitti non po-
test. l. si onus, §. illud, ff. de pac. Et eadem ratione dico, quod non
45 ualet pactum, † quod iudex possit ferre sñiam absque scriptu-
ra. Et ubi pactũ ualeret, tũc standũ esset sententiæ, non ut senten
tię, sed ut laudo, & cõuentioni, iuxta gl. in l. 2. C. commu. utri-
iu. Nec etiam dicatur, ꝙ Princeps non posset ferre sñiam absque
solemnitate scripturæ, cum non possit pręiudicare iuri, tertio
acquisito, l. fina. C. si contra ius, uel util. publ. cuius contrarium

conclu-

conclusum fuit supra quia respondetur, ꝙ in ipsa prolatione
sententiæ non dicitur agi de præiudicio iuris acquisiti, vt patet
de le. Et ibi diceretur agi de præiudicio iuris acquisiti, cer-
te ageretur de præiudicio iuris acquisiti facto ipsius Princi-
pis. quod constat Principem posse tollere, ut in terminis no-
stris firmat Bald. in fin. colum. penult. C. sent. resc. non posse.
Ang. in l. Anthiochensium, ff. de priui. cred. & in l. Lucius, ff. de
euic. & late Felyn. in cap. quæ in ecclesiarum, colum. 14 & seq.
infra eod. Dicetur fortasse, ad quid prodest huiusmodi dispu-
tatio? Respondetur seruire ad plura. Primo infertur, ꝙ si vo-
46 lumen † statutorum deperderetur, posse tenor probari per
testes, & talis probatio haberet vim legis secundum Bald. in l.
1 §. fin. C. de cad. tollen. & Rot. decis. 246. sub rubr. de const. de
cis. in nouis. Sed aduerte, quia illatio non bene sequitur. nam
idem esset, si scriptura esset de substantia legis, adhuc probata
amissione posse tenor probari per testes, secundum glo. &
Bart. in l. sicut iniquum, C. de fide instrum. & Pan. in cap. cum
olim, 1 post Inn. & alios, de priuileg. ¶ Secundo infertur, quod
47 lex † obligat habentes notitiam ipsius, etiam quod nondum
sit publicata, & in scriptis redacta, & ita tenet gloss. in cap. 2 in
ver. hactenus, de reb. ecc. non alie. libr. 6. & in cap. cum singula,
de præben. eo. lib. in ver. peruenerit. & facit tex. in cap. propo-
suit, 82. dist. & in capit. 1. infra de postul. præla. Quod facit ad
quæstionem, quæ his proximis diebus fuit in facto. Reueren-
dom. Legatus moderatus est pretium bladorum, quod ob
maximam penuriam erat nimis excessiuum, & in dies auge-
batur. Quidam habentes notitiam huius moderationis, ven-
diderunt eorum blada longe maiori pretio ante, quam mode-
ratio publicaretur. Fuit quæsitum, an emptori competeret
beneficium moderationis? Ego respondi quòd sic per prædi-
cta, & ita decidit Bar. in l. contra, ff. de legibus, & in l. quæro, ff.
de act. emp. Bald. in l. 2. C. de peri. & commo. rei vend. Barba.
& Fel. in c. a nobis. eo. Pau. de Cast. in l. 1 §. si ff. de act. emp. Barb. con
sil. 56 col. 2. lib. 2 & consi. 66. col. 6. & seq. eo. lib. Tertio infer-
tur limitatio ad tex. in c. 1. de senten. excommu. lib. 6. vbi dicitur
48 quod excommunicatio non ligat, nisi sit lata in † scriptis. nam
hoc verum est in excommunicatione lata per sententiam iu-
dicis, non si per canonem, & constitutionem superioris. ita fir-
mat Ioan. Andre. & Bald. in addi. Specu. titu. de lega. §. finitur
versicu. sed pone legatus. Sequuntur Gem. & Perusi. in d. cap. j.
Fel. & Mod. hic. Quarto infertur, quòd valeat gratia, & si scripta
signataque non sit: quia sicut scriptura non est de essentia le-
gis, ita non videtur de essentia gratiæ secundum Inno. in c. con-
stitutus, de tit. t. R. ot. decis. xcvj. no. ꝙ reseruationes in antiquis,
Bald. in d. l. humanum, in fi. & in l. fin. C. de commun. ser. manu.
& in l. fin. C. senten. rescin. non pos. & probatur in capit. insti-
tutiones. vbi gl. & Arch. 25. q. 2. & in cle. dudum. §. nos etenim,
de sepult. & idem firmat Bald. in l. si qua per calumniam, col.
1. C. de episc. & cleric. & in l. falsus, col. 8. C. de furt. in quibus lo
49 cis Bald. concludit, ꝙ Papa † solo verbo creat Episcopos & Ab-
bates. Et idem tenet Panor. in cap. in nostra ad fin. infra titu. e
& in cap. tua, de his quæ fi. a præla. sine consen. capitu. Sic etiam
Imperator, & Papa solo verbo creant Doctores, secundũ Ang.
in l. cum salutatus, c. de sent. pas. Alex. in add. in l. 1. C. de dig. lib.
50 10 hinc est, ꝙ mortuo Papa † ante confectas literas, non expi-
rat gratia, secundum Bald. in d. l. humanum, in fin. & Rota de-
ci. 882 not. ꝙ si gratia, in antiquis. post Archid. in princ. lib. 6.
in verb. per Apostolica scripta. Et ideo successor solet in for-
ma rationi congrua concedere literas facientes mentionem de
gratia prædecessoris, ut hic per Fely. Quod verum est in gratia
simpliciter concessa. Secus si per viam commissionis sit alteri
mandatum quòd conferat, secundum Bald. in l. fin. col. 1. ff. de
consti. Prin. & Od. consi. 324. Factum tale est, col. 2. & sequun-
tur Moder. hic. Hinc etiam sequitur, quod beneficium vaca-
bit per mortem impetrantis, etiam si contingat illum mori an
te confectas literas, vt not. Arch. in cap. si electus, de electioni. li.
6 & Io. And. in proœm. Sexti, & Rot. ubi s. Et si moriatur ex-
tra Romanam curiam per duas dietas, amplius beneficium non
erit reseruandum, licet antea ex speciali reseruatione affectum
fuisset, s'm Rot. ibidem. Et ideo regulæ Cancellariæ, & cęterę
constitutiones requirentes scripturam, quia exorbitant, sunt
strictissimè interpretandę s'm Rot. decisi. 332. licet Romana,
in nouis. & ita etiam notaui Responsorum lib. 2. cap. 11. Licet
autem scriptura non requiratur ad substantiam gratiæ & priui
51 legii, requiritur tamen ad probationem. nec enim † p testes gra
tia probari pōt, s'm Bald. in d. l. humanum, & in l. idem Vlpia. in
fi. per illum tex. ff. de excus. tut. & in c. constitutus, de test. 1. & Pan. in
c. qualiter, in prin. & in c. cost. 1, in vlt. no. de ele. Card. in pe. Cle.
hinc est, ꝙ motus proprius non potest, probari, nisi per scri-
pturam, ut no. in cap. si motu proprio, de præbend. libro 6. &
Rot. firmat decisio. 331. nota, quòd in capitul. si motu proprio,
in antiquis. Et probatur in extrauagan. iniunctæ, de electio. in
extrauagan. commu. Ex quo tollitur argumentum Decij di-
centis, quia non reperitur iure cautum, ꝙ hic casus exigat scri
pturam, statutum, esse regulę generali, ꝙ par virtus est testium,
& instrorum l. in exercendis, C. de fid. instr. c. cum Io. eo. ti. Illud
52 tñ intelligo procedere in gratia † cõmis, secus in gratia fact. ius,
& est merito concessa, vt collatio beneficij facta benemerito
absque dispensatione hæc. n. potest testib. probari, s'm Bal. in c.
2. per illum tex. de test. sp. & Rot. dec. 780. dic, ꝙ collatio, in an-
tiquis. Hinc est, ꝙ potestas iudicum ordinariorum, vt sunt Epi,
& eorum vicarij, prætores, & similes, potest probari per testes
s'm Rot. dec. 57. valent acta, in nouis. & Dec. consi. 169. col. 2. li-
cet potestas delegati sit probanda per literas, l. 1. C. de manda.
Prin. Hinc est, ꝙ Doctoratus potest probari testibus, quia non
est gratia cõmis, si sit digno collatus, vt per Pan. in c. cum in cun
ctis, in prin. de elect. Ita dicit Bal. in proœ. huius operis. Item
53 istud intelligo, nisi agatur de probando tenore † gratiæ semel
scriptæ, sed casu amissæ, vt s. dixi, & firmat Alex. consi. 196. Vi-
so testamento dicti Francisci, li. 2. Item licet non possit probari
totus gratiæ & priuilegij tenor, nisi per scripturam, potest tñ
probari per testes plus fuisse dictum, quã scriptum, & cõ, arg. l.
quoties, in 1. & 2. responso, ff. de hæred. institué. & firmat Rot.
dec. 332. licet Rom. curia, in noua. & hæc est ratio, quare priori-
tas priuilegij potest testib. probari, s'm gl. in c. si a sede. de preb.
lib. 6. & in c. duob. in verb. apparet, de rescrip. eo. lib. ¶ Vltimo
pro ampliori dote huius rub. quæro, an editio constitutionum
54 sit † necessaria. Videtur ꝙ non, nam quantum ad iustos, & bo
nos, lex est frustratoria, nec eos ligat, ca. licet, de reg. iniquos
aũt, & inutiles ligat, Et si a peccato retrahantur pœnæ formidi-
ne, quia non est bonum nisi voluntarium, c. 1. 15. q. 1. & iam nõ
facit, ꝙ ex timore facit, c. qui ex timore, de reg. iu. extra. & qui in-
uitus benè agit, frustra pmium quęrit, c. quam pręposterum. 13.
q. 2. Secũdo, melior est iustitia animata, quam inanimata, quia
lex viua, & animata, q̃ est in Principe, & iudicibus, vt in Auth.
de Consulib. §. nos vero, considerat varietatem temporum &
ad illa sensum accommodat, c. non dẽt, de consan. & aff. & l. s.
ff. de cõst. Prin. Considerat æquitatem, quę scripto iuri anteferen
da est, l. placuit. C. de iud. Iudices. n. æquitatem oculis pspiciunt,
l. si Ephesi, ff. de eo, ꝙ certo loco. & cum æquitas sese offert, no
est lex quærenda. l. 2. §. item Varus, ff. de acqua pluuia arcend.
immo æquitate suadente potest iudex a qualibet iuris regula
discedere, s'm gl. in Auth. vt sine proh. ma. debi. in prin. in vẽr-
bo, existimamus, per illum tex. & in l. qui res, §. aream, ff. de so-
lutio. facit tex. in c. scias, 7. q. 1. traditur per Raph. & Ias. in l. si ser
uum, ff. de verb. obl. Ad iudicem ergo recurrendum potius vr
tãquam ad iustum, æquum, & animatum, vt inquit philosoph.
Ethicor. 3. ꝙ etiam probatur ab experientia, quæ est rerũ om-
nium magistra, clem. dispendiosam, de iud. nam tempore Sa-
turni, quo omnia manu Regia gerebantur, l. 2. in prin. de ori-
gin. iur. cuncta florebant, ętas erat aurea, formosissima tem-
pora, pax, quies, requies, & omne bonum. Sed istis & pluribus
alijs, quę adduci possunt, nonobstantibus, constat legis editio-
nem fuisse & esse necessariam. Factę sunt autem leges, vt hu-
mana coerceatur audacia, vt tuta sit inter improbos innocen-
tia, l. 1. ff. de iusti. & iure. c. factæ. 4. dist. Ex quo constat, ꝙ non so
lum propter malos, a scelere retrahendos, sed etiam propter
bonos defendendos editę fuerunt constitutiones. Habẽt. n. in-
stituta maiorum suos modos, causas, rationes & vtilitates. hæc
. n. timentur, & mali coercentur, vt boni inter malos quietam
vitam agant, teste diuo Hieronymo, transumptiue in c. nõ fru
stra. 23. q. 5. & quanquam mali non mereantur, si pœnę for-
midine bene agant, attamen legis vigor perutilis est & neces-
sarius, non vt mali cogantur benefacere, sed vt male facere pro
hibeantur, teste Aug. transumptiue in c. ad fidem, ead. causa. &
q. proditur enim lex, vt appetitus noxius sub iuris regula limi-
tetur, vt s. in proœmio, & vt rudes & simplices animi, ad iusti-
tiam instruantur, l. 1. in fi. C. de vete. iur. enucle. omnis enim ars
suis constat præceptis, l. 1. § est autem, ff. de iust. & iur. & omnis
scientia, teste Apostolo ad Corinth. 3. vtilis est ad docendum,
erudiendum, arguendum, & corrigendum, & maxime iuris sa-
pientia, quæ secundum Philosoph. Etich. 1. c. 5. docet quas sciẽ-
tias in ciuitatib. esse, quales quemque discere, & quousque opor
tet instituere, & quę cæteris actiuis vtitur scientiis, & quę insti-
tuit, quid agere, & quibus quisque abstinere debeat, cuius finis
cæterarum omnium facultatum continet fines. Ad illius ergo
cognitionem disciplina opus est, ex qua fiunt optimi iustiq;
rectores, & reipublicæ ministri, vt dicit Impera. in proœ. Inst.
ad fi. Nec in arbitrio cuiuslibet consistit scire, ꝙ ęquũ sit, quod-
que iniquum, l. 1. C. de legibus. nec vlli ęquum videri debet, ꝙ a
legis tramite aberrat, quia omnis ęquitas debet esse legib. in-
formata, secundum Pan. in c. ex parte 3. not. de offi. de le. Con
55 scientia † n. sine sententia insipida est, & sententia siue conscien
tia diabolica, teste Bald. in l. hac lege, C. de sent. ex breui reci. Et
si arbitrio iudicum cuncta non dirimentur, ꝙ hic statueret, a-
lius destrueret, resque sine exitu foret pp naturalem hominum
ad

ad differendum facilitatem. l. item si vnus, §. principaliter. ff. de arbit. c. quia diuersitatem. J. de concess. pb. & effrenata iudicum cupiditas omnia deuoraret, §. cogitatio, in auth. vt iudic. sine quoquo suffrag. Sanctius ergo fuit certã legem dare iudicib. vt inquit philos. 5. Eth. & B. Tho. in 1. & 2 q. ar. 1. vbi alias rationes adducunt, quas refert Flo. in rub. ff. finium regun. Et si Saturni temporib. discordia extra mundi terminos exularet, id non erat ex eo, quod sine certa lege viueretur, sed quia mundus tunc incipiebat adolescere, & quia frigida paruas præbebat spelunca domos, ignemque laremq;, & pecus & dominũ cõi clauderet vmbra. Nunc autem mundus decrepitus est, nunc aurea tecta, marmorea castra, mœnib. circumseptę vrbes vix tutum domino præbẽt refugium. Ideo legum seueritas est perquam necessaria, cum in præcipitio stet omne vitium. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 Iure canonico, causa poterat committi vltra duas dietas extra diœcesim.
2 In rescriptis sufficit exprimere primam literam nominis proprij.
3 An iudici sufficiat primam literam nominum delegatorum exprimere.
4 Consuetudine Romana curia, nomina reorũ possunt describi abbreuiatè.
5 Ferrariensis, & de Ferraria, idem sunt.
6 Ferraria ciuitas, est de patrimonio beati Petri.
7 Dictio pro quid significet.
8 Agens pro aliquo, intelligitur agere procuratorio nomine.
9 Socij dicuntur, consortes eiusdem litis.
10 Prælatus siue agat petitorio, siue possessorio, debet agere nomine ecclesiæ, non proprio.
11 Canonici, verbum, indefinitè prolatum, idem importat quod capitulum.
12 Eo amplius, dictio est repetitiua.
13 Augmentatio portionis aliorum sequitur ad diminutionem concurrentium ad partes.
14 Prouentus, & redditus idem important. & nu. seq.
16 Prouentum appellatione, non veniunt distributiones quotidianæ.
17 Canonici dicuntur vsuarij, & non vsufructuarij suarum præbendarum.
18 Clericus, qui consumit fructus ecclesiæ in malos vsus, tenetur ad illorum restitutionem.
19 Præter dictio stat inclusiuè.
20 Canonici restringendi sunt si redditus ecclesiæ non sufficiant ad substentandum.
21 Viuere congruè aliud, aliud sine penuria.
22 Statutum capituli, priuata vtilitatis nutritiuum, quando valeat.
23 Postmodum dictio, denotat internallum.
24 Statuto contrauenire non dicitur, qui ex necessitate contrauenit.
25 Canonici dicuntur recipi, & non eligi.
26 Canonicus potest esse sine præbenda.
27 Reus proponere dicitur, sicut actor.
28 Confirmatio, protectio dicitur.
29 Ad instantiam, quid significet.
30 Preces non inducunt simoniam.
31 Fallit in precibus carnalibus, & alia fallentia ponitur nu. 32.
33 Promotus a conferente, an teneatur dimittere beneficium.
34 Capitulum potest possidere vltra prębendas bona in communi.
35 Constitutio de certo numero canonicorum intelligitur, nisi in tantum redditus excreuerint, quod pluribus sufficiant.
36 Gabella totius Comitatus, si certo precio vendatur, an si Comitatus augentur, debeat augeri gabella.
37 Clausula decreti regulatur secundũ naturã actus super quo interponitur.
38 Filia an mortuo patre, legitimam bonorum excrescentium petere possit.
39 Clausula solita apponi de stylo curiæ, si omittãtur, hẽtur pro appositis.
40 Contractus locationis. Doctorum legentium, an intelligatur quod possint legere per substitutum.
41 Consuetudo, vt quis possit deseruire beneficio curato, an valeat.
42 Instrumentum dictatum ad dictamen sapientis, quid sit.
43 Notarius explicans clausulas instrumenti, aliter quam sit consuetum, poterit se corrigere.
44 Instrumenti substantia semper debet exprimi.
45 Rescriptum contra ius in casibus communiter fieri consuetis, valet.
46 Rescriptum contra ius in casibus solitis fieri ex mera facultate facientis, valet.
47 Notarius in contractu celebrando, tenetur apponere clausulas consuetas.
49 Statuentes possunt contrauenire constitutioni propriæ.
50 Præbendę debent esse pares.
51 Redditus super abundantes, debent conuerti in prębendas nouissimorũ.
52 Consortes litis, qui dicantur.
53 Consors potest agere & excipere pro consorte sine mandato.
60 Coniunctus an agere possit pro coniuncto sine mandato.
61 Canonicus non potest agere pro canonico sine mandato.
64 Allegare exceptionem non sufficit, nisi allegata probentur.
65 Exceptio non est admittenda turpitudinem allegendo.
66 Præbenda vna an diuidi possit inter partes.
67 Protestatio an aliis nominibus nuncupetur.
68 Protestatio quid sit.
69 Protestatio quotuplex.
70 Protestatio, an tollatur per contrarium factum.
71 Protestatio contraria consecutiuis ad factum, valet, & actus vitiatur.
72 Protestatio testatoris, se non velle reuocare testamentum, non valet.
73 Protestatio contraria dependens a consensu duorum, non valet absque consensu alterius.
74 Protestatio clandestina nil operatur.
75 Protestatio contraria consecutiuis ad actum, dependentibus ex dispositione iuris non releuat protestantem nu. 77.
76 Dispensare an potuit Episcopus, quod constituti in sacris ducant vxorem.
78 Protestatio, qua vtuntur libellantes in fine libelli, nil operatur.
78 Protestatio qua vtuntur practitantes in productione testium vel instrumentorum, nil operatur.
80 Emphyteuta si alienet rem emphyteuticam, cum protestatione facta, talis protestatio non iuuat, nec excusat.
81 Protestatio hoc pacto fcã non valet, nolo bona mea gubernari per Epm.
82 Protestatio ingredientis religionem, non valet, si protestetur velle retinere proprium.
83 Protestatio contraria facto, in dependentibus a mera facultate protestantis valet.
84 Protestatio contraria facto in dependentibus a consensu duorum valet accedente alterius consensu.
85 Protestatio contraria facto, in dependentibus a voluntate protestantis, & alterius, tollitur per actum contrarium subsequentem.
86 Protestans per aliquem actum, quem faciet, non animo contrahendi matrimonium, si postea contrahat, valebit matrimonium.
87 Protestatio non valet contradicente domino.
88 Protestatio non valet, si quis dicat alteri, tu mentiris, saluo honore tuo.
89 Protestatio, qua vtuntur opponentes exceptionem alicuius criminis, cum protestatione, quod id non opponunt animo iniuriandi, sed pro suo tuendo, eos non releuat.
91 Protestatio fcã a puella quod nõ intẽdit renunciare hęreditati pñæ, valebit.
92 Protestans se metu & non sponte actum gerere, tenetur probare metum.
93 Protestatio facta a filia, quę metu reuerentiali protestata fuit renunciare hæreditati paternæ & maternæ, an teneatur probare metum.
94 Protestatio contraria pñsumptioni iuris & de iure, tollit ipsam præsumptionem sicut confessio.
96 Protestatio contraria facto multipliciter intelligibili, valet.
97 Protestatio respondentis libello animo non litem contestandi, impedit litis contestationem.
98 Protestatio petentis se mitti in possessionem auctoritate iudicis, saluo iure intrandi propria auctoritate, quid operetur.
99 Protestatio rei se opponentis, quod per actus, quos faciet in iudicio, non intendit in iudicem consentire, quid operatur.
101 Protestatio pcedens, an extendatur ad actũ, qui celebratur ex internallo.
106 Protestatio declaratoria animi, per quam nemo grauatur, non requirit præsentiam alicuius.
uius ff de ɔd. ob cām, vbi dicit iſtā opi. eſſe magis rōem. Ad ɔ̃tra
riū. rñdetur. Ad primū rñdeo, negando aſſumptum: qa ſi fuiſſent di
minutæ facultates, teneretur filia reſtituere, quod vltra legitimā
habuit, conſiderata ęſtimatione ſm tempus mortis, ſm Paul. &
Ale. in d. l. in rōne, qđ eſt bñ notandum. Ad ſcđm, quod tps aſsi
gnationis ſit ſubrogatum loco tpis mortis, rñdeo, qđ non pba-
tur iure, bñ verū eſt, ꝙ illa aſsignatio in vita, ſuccedit loco aſsi-
gnationis, quę venit fienda tpe mortis in teſtō: ſed ſi eſſet mi-
nor illa aſsignatio in teſtō, ſuppleretur conſiderata quantitate
bonorū, ſm tps mortis. Ergo eodem mō dēbit ſuppleri lītima
aſsignata in vita, per viam traditionis conſiderato tpe mortis, &
hoc mō argumentū retorquetur. Ad ſimile Barb. rñdeo, qđ ni-
hil facit. ¶ Limita iſtam deciſionem, niſi filia iuraſſet plus nō pete-
re, c. quis de pac. lib. 6. Pau & Ale. in d. l. in rōne. Et ex hoc reddi
tur dubitabilis ſcđa ampliatio, tradita ſ. ad iſtud notabile. defen-
dendo tamen ampliationem, poteſt dici, ꝙ in ſtatuto de certo ca
nonicorum numero, etiam iurato, ſubintelľr clauſula, niſi in tā
tū facultates excreuerint, &c. fauore diuini cultus, qui fauor ceſ
ſāt qn filia iurauit plus non petere, merito cogiť ad obſeruantiā
iuramenti, d. c. quis. ¶ Scđo intellige, niſi eēnt auctę facultates
poſt mortē pris, ēt ſine ſcō hēdū, puta p alluuionē, tūc nō dēbi-
tur legitima de illo augmēto, & ita pcedit tex. in d. l. ſi patronū,
quem ad hoc reputat ſingulare. Ro. ſingu. cxxvii. volo tibi v-
nū dicere, & ita loquūtur vt plurimū auctoritates allegatę per

Cur. in d. conſil. vlt. ¶ Vigeſimoſeptimo not. ibi, ſicut conſue-
39 uit, expreſſum ꝙ clauſulæ ſolitæ † apponi de ſtylo curiæ, hñr p
appoſitis, licet fuerint omiſſæ. Comprobat Pan. per tria, vt hic
per eundem. addunt Barb. & Felin. hic infinita ¶ Tu vltra alios
aduerte, ꝙ iſte tex. non vř probare, quia hic nō hř pro expreſſa
iſta clauſula, niſi in tantum excreuerint. &c. qa eſſet conſueta ap
poni in ſtatuto, vel confirmatione, ſed quia etiam exprimi de-
buit. Pondera verbum, eſſe debuerit, qđ importat neceſsitatem,
ſm gl. l. ſæpe. ff. de off. pſi. Quaſi dicat Papa, debuit exprimi, qa
ex nā actus ineſt, ſicut dř de cſa, Si pces ueritate nitant, in c. 2. ɔ̃.
tit. i. Nam ſtatutū de certo numero hic fuit confirmatū, pp ea
qa redditus nō ſufficiebant pluribus: ergo ceſſante eā, non de-
bet hře locū iſta diſpō, iō exprimi debuit. ¶ Scđo aduerte, in
40 ɔ̃ſi Pan. dicit, ꝙ in ɔ̃ctu locationis Doctorū † legentiū, ſubin-
telligitur appoſitū pactū, ꝙ poſſint legere p ſubſtitutum, ſi ſic
ſit ɔſuetum, vt hic, a calēdis Iunii vſq; ad uacationē, ſcđm Bart.
in l. nemo eſt, ff. de duo. re. Vř, ꝙ iſta conſuetudo non valeat, qa
vř electa induſtria perſonarum, l. inter artifices, ff. de ſol. ca. fi. ɔ̃.
de offi. delega Et ubi electa eſt induſtria pſonæ, non ualet con-
ſuetudo, ꝙ quis poſſit deſeruire per ſubſtitutum, ſecundū Pan.
in c. extirpandæ. §. qui uero. ɔ̃. de præb. ubi vult non ualere con
ſuetudinem, quod quis poſſit facere reſidentiam per Vicariū.
¶ Reperio, ꝙ Fel. in c. cum omnes. col. antepe. ſ. eo reſpondet,
41 quod non valet conſuetudo, quod quis poſſit deſeruire † be-
neficio curato per Vicarium, quia eſſet ɔ̃ ſubſtāntiam actus, eo
quod dantur beneficia pp officia, cap. fin. de reſcript. in vi. Iſta
ſolutio non ſatisfacit, quia etiam ſalaria dantur Doctorib. pro-
pter onus legendi. ¶ Secundo reſpondet, quòd valet conſuetu
do, quod Doctores poſſint legere per ſubſtitutum, quia ſchola
res, quorum intereſt, conſenſerunt: ſed conſuetudo, quod cura
tus poſſit deſeruire per Vicarium, non ualet, quia tendit in prę
iudicium eccleſiæ, quæ habetur pro diſſentiente, cum ſit ſibi p̄-
iudiciale, vt traditur in l. quæ dotis, ff. ſolu. matr. Iſta etiam ſolu
tio non eſt tuta, quia etiam ſcholares hac ratione debent habe
ri pro diſſentientibus. ¶ Conſidera ergo, ſi dici poſſit, ꝙ conſue
tudo, quod Doctores poſſint legere per ſubſtitutum, debet in-
telligi. ſ. aliquando, non autem continue. ita intelligendo nihil
obſtabit contrarium, quia etiam valet conſuetudo, quod quis
poſſit aliquando, puta dum eſt in ſtudio, deſeruire per Vicariū,
vt traditur in c. cum ex eo, de elect. lib. vi. & voluit Gemi. in cap.
fin. col. pen. de reſcrip. lib. vi. alias ſi intelligeretur, ꝙ Doctores
poſſint continuè legere per ſubſtitutum, forte non ualeret, qa
contra naturam actus per prædicta, & quia irrationabilis, capit.
cum dilectus & cap. fi. de conſuet. Scias enim quòd poſita validi
tate dictę conſuetudinis, tamen debet intelligi, dummodo æ-
què idoneum, & æquè peritum ſubſtituant, ſecundum Bart. in
l. i. C. de præpo. agen. in reb. lib. xii. ideo difficile eſſet Doctori
ſingulari inuenire ſubſtitutum. Item debet intelligi, ut ſubſti
tuat Doctorem, & non ſcholarem per doctr. Bald. in l. parabo-
lani, C. de epiſc & cler. & iſtas reſtrictiones tradit Felyn. Abb. in
capit. i. col. 2. ſ. de ſum. Tri. & fide cath. Secundo aduerte, quòd
contra iſtud notabile videtur obſtare deciſio Bar. in l. illa inſti-
tutio, ff. de hęred. inſti. vbi vult, quod in teſtamento ſit dictum,
42 quod extendatur ad dictamen † ſapientis, tunc ſapiens poterit
apponere clauſulas conſuetas, & omnia, quæ ſunt de natura cō
tractus, ergo vult ſi non ſit cautum quòd extendatur ad dicta-
men ſapientum, ꝙ tales clauſulæ non poſſunt opponi, ita ar-
guunt aliqui hic. Sed iſta deciſio non meruit allegari pro con-
traria ex pluribus. Primo, quia argūm a contrario concludit, ꝙ
ſapiens non poſſit, non autem concludit, quod Notarius poſ-
ſit. Secundo, Bar. loquitur copulatiue, & omnia quæ ſunt de na
tura contractus, ergo copulatiuè ſumi debuit argumentum a
contrario. Et ſi ita copulatiue arguatur, nihil obſtabit. Ter-
tio, quia ex dictis Doctorum non eſt licitum arguere a contra-
rio, quando contrarium reperitur deciſum in iure, ſecundum
Pan. in c. ſi uero, in 2. no. ɔ̃. de iureiu. Contrarium autem dicitur
hic, & in l. fin. C. de fideiuſ. ergo &c. ¶ Tertio aduerte, quod cō
tra illud notabile obſtare uidetur id, quod uoluit glo. in Auth.
ut præpo. nomen Impe. in uerbo, authore. qua uult, qđ omiſ-
ſio inuocationis Dñi, quæ cōiter ſolet apponi in inſtrumen-
tis, uitiat inſtrūm. Sequuntur Alex. & Mod. in rub. ff. de no. oper.
nunc. ergo non hř pro appoſita. Ad iſtud reſpondeo, ꝙ iſta cō-
cluſio non procedit in conſuetis apponi pro ſolennitate ex-
trinſeca, alias fruſtraretur alia regula, quę eſt, quod ſolennitas
extrinſeca non præſumitur, l. quæcunque, §. fin. de publ. ubi nō
præſumitur authoritatem tutoris interueniſſe in alienatis, & ta-
men conſueuit interuenire. Ita declarat Fel. in capitu. ſicut, col.
pen. ɔ̃. de re iud. Iaſ. in l. ſciendum, in 8. limitatio. ff. de uerb. obl.
Et ita habetis unam fallentiam, pro qua facit quod ſtatim di-
cam in limitatione. ¶ Stat igitur concluſio, ꝙ conſueta appo-
ni in contractu, omiſſa habentur pro appoſitis, per iſtum
text. qui non probat, & qui per d. l. fin. C. de fideiuſſo. uidetur
potius probare oppoſitum, *communiter* tamen tenetur. Pro

qui Barb. & Fely. hic infiniti cumularunt, & idē Felyn. in c. p.
ex. i. c. i. s, per septima declaratio, de fide instr. Item Bal. in c. i.
quod ad trāslationem, J. de offic. leg. quę omnia fere reassum-
psit Ias. in l. ut liberis, col. 3. C. de colla. & in l. certi conditio. §.
si nummos, ff. si cer. peta. ¶ Vltra quos adde primo, quod si
Notarius in exp. licatione instr. aliter explicauerit clausulas in-
43 strū, quam sit contentum, potest † corrigere, & dicere se perro-
rem aliter scripsisse. Qui error pręsumitur ex eo, quod aliter erat
factum, sm Alc consi. 22. In causa & lite, uol. 8. Et semper No-
tarius pręsumitur omisisse clausulas consuetas per errorem, se-
cundum Alc. consi. 105 Reuerēde D. col. fi. eo. lib. Et sic habes
ampliationem, ut procedat non solum si sint omissę, sed etiā si
sint aliter expssę. Notario in errorem atterēte. ¶ Scdo adde quod
procedit ēt in materia odiosa, sm do. Alc consi. 107 Pro inuesti
gatione, col. pe. lib. 2. inferens, quod si dñs noster, uel ciuitas conu:-
niat cum Iudęis, ut possint exercere usuras in suo dñio, intelli-
gitur ēt pmittū. quod possint exercere usuras usurarum, q̄ ita sūt
soliti. ¶ Tertio adde, quod procedit ēt si consuetudo non sit pręs-
scripta, sm Alc consi. 11. col. fin. inferente, quod ꝯhentes uñ pep-
gisse, ēt si non sit dcīm quod solutio fiat de moneta currente tēpore
ꝯtus, licet talis consuetudo non sit pscripta alleg. Inn. in c. pen.
col. fi. J. de consuetu. ¶ Quarto adde, quod procedit ēt in dispensatio
nibus, sm Pan. consi. 83. col. fin. incip. Vī dictū lo. lib. 2. ubi mo-
nachus dispensatus ut possit studere, & fructus percipere in ab
sentia, intelligi debet in theologia, c. fi. de mag. Tñ si monachi
illius monasterii erāt soliti studere in iure canonico, intellige-
tur etiam in iure canoni. ¶ Quinto adde, quod dicit Barto. in l.
impensę, ff. de impen. in re. dota. fac. quod colonus tenebitur fa-
cere fossata circa rē locatam, si hoc sit consuetum, quis in ꝯtu
locationis non sit dictum, & dixit Pan. consi. 74 Duo principa-
lia, ad fi. lib. 1. quod inuestitus simplr, intelligitur ēt p hēdibus extra
neis, si ita sit consuetudo. Item emphyteuta simpliciter inuesti-
tus non poterit expelli pp canonem non solutū, si ita se habeat
consuetudo, quod non cadat emphy. pp canonē non solutum, sm
eundem Pan. cōsi. 72. in negotio, in fi. lib. 1. ¶ Et stante consuetu
dine, quod emptores gabellarū, teneantur fideiubere in manibus
Consulum, quod Cōsules eo ipso, quod sunt positi in officio, tenentur
exigere talem fideiussorem, alias in subsidium obligabuntur,
iuxta tit. ff. de magistra. conue. sm Pan consi. 16. Ad claram. col.
15. lib. 1. ¶ Sexto adde, quod citatus ut compareat tali die absq; exp̄s-
sione horę, tenetur cōparere ea hora, qua iudex est solitus se-
dere p tribunali, sm Pan in ca. consuluit, in 5. notab. J. de offic.
deleg. ¶ Septimo adde, quod licet uxor non possit facere eleemo-
sinam de bonis uiri, sm gl. in c. quod Deo, xxxiii q. 5 tñ fallit, si ma
ritus sit consuetus ipse facere, qa tacite centetur sibi data licētia
sm Bar. in l. 1. in fi. ff. re. amo. ¶ Et in mandato gnāli ueniūt om-
nia ea, q̄ dñs est solitus facere, l. forma, § fi. ff. de pig. act. & ibi do.
Alc. in apost. pl. cōgent. Vltimo pnunc adde, quod ex pmissis limi
tatur una vulgaris, quę est, qd scā nō pśumūtur, c. cum in iu-
re peritus, J. de off. dele. & l. in bello, §. facta, ff. de cap. & postli.
reuer. Fallit in factis consuetis, sm Bal. in l. i. C. de fide instr. col.
3. & in l. incendium. C si certum petatur. & Ias. in l. sciendum, ff.
de uer. oblig. col. 1. ¶ Limitatur ista cōclo multis modis, ut hic
per Fely. & Mod. Primo limita ut, non pcedit in his quę sūt
44 de substantia, quia illa omitti non ex, e nit † debent, l. testiū. C. de
test. sm Ioan. And. in addi. Spe. tit. de instr. edi. § nunc, uersicu.
qd si a ꝯhentib us. ¶ Adde, quod si Notarius omisit aliquid sub
stantiale, potest imitare coram iudice, ut liceat sibi addere, secun
dum Fel. in c. ex līs. col. 3. & in c. cum P. Tabellio. col. 3. co. titu.
¶ Ex hac fallen. te. sāitur dubitabile vnū, quod vult Pan in c. e. in t.
gl. J. ti. t. ubi dicit valere rescriptū contra ius, absque clausula de
rogato. si Princeps in illo casu sit solitus rescribere cōtra ius.
45 ¶ Secundo limitatur, ut procedat in contractis fieri † cōiter, se-
cus in consuetis fieri raro, per l. Se o, §. medico, ff. de annu. leg. et
c. quod ad trāslationem, in verb. sępe, J. de offi leg. Tu ꝯfirma p ea,
quæ late scribit Ias. in l. sed si quis §. quæsitum, ff. si quis cau. &
per illud, qd decidit Barb. consi. 8 incip. Pręclare, col. 1. & seq.
lib. 2. ubi tenet, quod licet procurator Ducis possit donare sicut cō-
sueuit Dux: licet non sit expressum, tñ non poterit repudiare
magnam hæreditatem, quia raro solent Principes tam magna
donare, & ita dicit limitandum dictum Inno. in capitu. grandi,
de sup. neg. pla. li. 6 ¶ Tertio limitat Fel in solitis fieri ex mera
46 † facultate facientis per ea, quæ scribit Abb. in d. ca. quod ad transla
tionem. Sed ista non est fallentia: qa fateor, quod in his, q̄ sunt me
ræ facultatis, nō inducitur consuetudo obligatoria, ut scripsi la-
te in c. cū ecclesia Sutrina, post Abba. J. de causa pos. & ppr. Et
declat ēt Fel. in c. inter cęteras, col. 5. de resc. Tamen ex hoc nō
sequitur, quin talia consueta ex mera gratia habeantur pro ap-
positis in dispositione, in qua fuerunt omissæ, ut patet ex his, q̄
dicta sunt s. & ex pluribus aliis, quę adducunt Felyn. & alii hic.
¶ Quarto limitatur, qñ ex omissione clausulæ consuetæ resulta
ret falsa latinitas, secundum Rō. consi. 177. Quæstio est, in fi. &
ibi habes exemplum. sequitur Dec. sed hic patam senti ista fal-
lentia, quia hodie falsa latinitas non vitiat, sm vsum curiæ, secundū
Fely. in cap. ex parte, in pri. e. J. de fide instr. ¶ Quinto declarat,
ut Notarius possit apponere clausulas consuetas, scilicet tunc,
47 quando ꝯtus † celebrauit, licet partes non expresserint, secus ex
post non poterit, sm Barb. hic. Sed ista reprehendit Fel in cap. 1.
col. 6 & seq. J. ut lit. non contesta. ¶ Sexto limitatur, ut proce-
48 dat in consuetis fieri semper eodem † mō, secus in consuetis fie
ri diuersimode ita vult Bar. in l. sciendum, in 4 oppo. ff. de verb.
obl. & licet loquatur in substantialibus, tñ ratio sua concludit idē
in non substantialibus, & ita in specie hanc fallentiam tradit
Alc. consi. 5. Si vera sunt; colum. 2 & 4 lib. 5. & hanc notabis, qa
per eam multum restringitur præmissa conclusio, & multæ ex
decisionib. Doct. hic confundi videntur. ¶ Vigesimooctauo nu.
sm Pan. ibi, in derogationem suę constitutionis, quod statuen-
49 tes possunt venire contra constitutionem † propriam, licet sit
confirmata per superiorem, & licet alias sine confirmatione nō
valuisset. Aduerte, quia Panor. videtur contrarius his, quæ dicit
in primo & secundo no. ubi vult, quod Epūs cum Capitulo potue-
rit facere istud statutum, hic vero vē velle, quod nō potuerit. Ex quo
dicit, quod alias sine confirmatione non valuisset. Quidam sol-
uunt, quod Panor. ibi loquitur, quando Capitulum statuit cum
authoritate, hic quando sine authoritate. Sed truffa est, quia sp
Pan. loquitur retento themate huius tex. ex quo & ibi. & hic, est
est notabile. Item ista solutio diminuta: vñ potest dici, quod Pan. in il-
lis verbis, & licet alias sine confirmatione, voluit ampliare nota
bile collectum ex tex. patet, quia primus appellauit constitutionē
propriam ipsius Capituli, quæ non posset dici propria, si con-
firmatio validasset eam, sed diceretur Apostolici, quia qui con
firmat actum inualidum, dicitur de nouo facere, capitu. exami-
nata, de confirm. utili, vel inutil. capitu. cum venissent, ubi Fely.
in prima gloss. infra de testi. l. more, ubi Barto. column. 1. ff. de iu-
risdict. omn. iudi. Et ex hoc potest inferri, quod ista constitutio,
de qua in tex. valuit absque confirmatione, quia bis in isto tex.
appellatur constitutio Capituli. Vigesimonono nota ibi, pa-
50 res, quod omnes prædendæ † debent esse pares, & præbendæ
antiquiorum canonicorum non debent esse maiores præben-
dis nouissimorum. Ad idem text in capitu. cum omnes, in ver-
bo, coæquentes, supra eodem. In contrarium facit text. in capitu.
statuimus, in versiculo, in portione percipienda potiorem, J. de
maio. & obedien. & in c. de multa. J. de pręb. Et in contrarium
facit, quod dicit gloss. in capitu. Episcopus, & in capitu. exstirpan
dę, J. de pręb. vī. n. iniquum, quod præbenda unius rustici, qui
vesci debet oleo, & fabis, sit æqualis cum præbenda unius nobi-
lis, qui debet uesci pullis, & phasianis, sm gloss. in l. cuius vba-
nis, ff. de leg. 3. & facit text. in capitu. non cogantur, xii dist. Pan.
in d. c. cum omnes, respondet, quod respectu bonorū. quæ exeunt
de communi cellario pro vestibus, & cibariis, fienda est differen
tia, ut in contrariis. Secus in præbēdis distinctis, quia debent esse
pares, ut hic. Sed certe non datur ratio diuersitatis, & con-
trarium probat tex in d cap. tu. de multa. Vnde alii rūdent, quod iste
tex. loquitur in ecclesiis collegiatis, contraria vero in nō colle-
giatis. Ratio diuersitatis est, quia in ecclesiis collegiatis uiuunt
sub vno tecto, & vescuntur in vno refectorio. Et si daretur disp a
ritas, generaretur scandalum, c. quoniam, de vit. & honest. cler
Ista solutio non est generalis, quia non procedit stante consue-
tudine uiuentium separatim, prout est communiter omnibus
ecclesiis collegiatis non regularibus. Vnde potest dici, quod contra
rium est verius in ecclesiis secularibus. Ad istum tex. rūdeo, quod
debent esse pares, quo ad quid, id est omnes debent esse compe
tentes, ita quod ex eis possit quilibet competenter viuere, ut hic in
uersicu. competenter. & illo casu dicuntur pares. Sed tamen v-
na potest esse pinguior altera, capitu. vacante, & ibi Abbas, J.
de præben. Ad tex. in capitu. cum omnes, rūdetur, quod loquitur quo
ad quid, videlicet quantum ad redditus consequendos in absen
tia. ¶ Trigesimo no. sm Pan. ibi super excrescentes, & ibi qd su
51 per fuerit. Quia redditus ecclesiæ superabundātes, † sunt conuer
tendi primo loco in præbendas pro nouis canonicis. Secundo
in alias utilitates ecclesiæ, arbitrio prælatorum. Ad idem bo-
nus textus, in capitu. nulli, §. is ita, cum simi. 12. q. 1. Plura alia no
tabilia colligi possent, videas per te ipsum. ¶ Glo. 1. diuiditur in
duas partes principales, pnt duas ponit opiniones, circa intelle-
ctum tex. Secunda ibi, sed non credo. Rursus prima subdiuidit
in 5 particulas. in 1. dicit, quod M. poterat agere pro sociis, tāquam
consors litis. In secunda ibi, quia agebatur. declarat, in quo consi
steret consortium. In tertia ibi, tamen cauere, quærit, an cōsors
teneatur cauere de rato. In quarta ibi, & est speciale, respon-
det tacito contrario. In quinta ibi, & in alio, idem tacit. ¶ Pro
declaratione eorum, quæ traduntur per glos. & Doctores,
52 quæro primo qui dicantur † litis consortes. Glos. hic in prin-
cipio uidetur uelle, illos dici consortes litis, qui agunt ad ean-
dem rem agentibus communicandam. Et sic, quia M. & socii
agebant ad superexcrescentes fructus sibi assignandos, pos-
sunt dici litis consortes. ¶ Sed ab ista opinione gloss. postea
recedit.

teccdit.vñ ſecundo loco ridet,ꝙ dſr litis conſortes, qui hñt
neceſſe agere ſimul,& ſic qñ agunt ad vnam rem indiuiduã.
Et ex hoc inferi gl.ꝙ M.non poterat agere tanq̃ conſors,quia
cã erat diuidua.Iſta opi.gl.non eſt vera,quia ẽt ꝙ quilibet poſ-
ſit agere pro parte ſua tantum,tñ pñt inter ſe dici litis conſor-
tes,l.1.C.de conſor.eiuſ.lit.l.ſi petitor.ff.de iud. ¶ Vnde tertio
loco Pan.tñ dit illos appellari poſſe litis conſortes, qui cõiter
agebant impugnare ſtatutum, vel qñ cõiter agunt ad idem,vt
faciebant M. & ſocii, qui cõiter ſe defendunt,vt faciebant hic
antiqui canonici. Sed nec iſta ſententia placet,quia pñt cõiter
agere ad idem,& non erunt conſortes, puta ſi agatur ex diuer-
ſa cã. ¶ Vnde 4.loco,ego puto poſſe dici,illos eſſe litis conſor-
tes,qui habẽt communem cauſam,& cõem litem, & idem ius
agendi,vel defendendi. ¶ Cõem rãm dico,quia neceſſe eſt,ꝙ ſi
mul in eodem libello,in eadem inſtantia,coram eodem iudice
agant,vel conueniantur. ¶ Dico idem ius,quia oportet ꝙ eadẽ
ſit cã agendi,vel defendendi,vt probatur in l.2.in verbo,cõmu
ne negotium,& in verbo,in ſolidum agi.C.de conſor.eiuſ.lit.
¶ Communem litem dico, quia neceſſe eſt,ꝙ cum omnib.lis
ſit conteſtata d.l.1.gl.Pan.& alii hic, & iſtud forte uoluit dice-
re gl.hic,in fi.dum dicit,ꝙ hic non erant litis conſortes iſti acto
res,quia quilibet agere poterat per ſe, ſine aliis.l.quia alia erat
receptio vnius,alia alterius,& ſic erant diuerſæ actiones ex di-
uerſis cauſis.& diuerſo tpe cãtæ.Et ita ſaluari põt gl. ¶ Ex iſtis
habes elicere,ꝙ M.non agebat tanq̃ conſors,quia non erat idẽ
ius,nec eadem rã agendi. ¶ Præterea hic non apparet,ꝙ lis fue
rit ſimul cum omnib.conteſtata,imo vr apparere ɔtrium.Quia
10 ver. verum,capitulum non ɔdicit niſi quatuor,licet in prin.
appareat,ꝙ eſſent quinque actores. ¶ Scdo quæro,an conſors
53 † poſſit agere,& excipere pro conſorte,ſine mandato.Concluſio
54 eſt,ꝙ ſic,d.l.2. ¶ Fallit primo in cã † criminali ſm gl.Pan.& a-
lios in c.cum dilecti,J.de dol.& cõt.in c.hæc quippe,3.q.6.Fel.
& Mod.hic.Rõ eſt,quia in cã criminali non admittitur procu
rator,l.pe.§.ad crimẽ.ff.de publi.iu.c.veniens,J.de acc. ¶ Iſta fal
len. recipit plures declarationes. Prima,ut procedat,ſi agatur
de crimine criminaliter,ſecus ſi agatur de crimine ciuiliter,ſm
gl.in c.ſtatuit,2.q.5.per illum tex. ¶ Scdo declaratur,ut proce-
dat ſi agatur de crimine criminaliter ad pœnam corporalẽ,ſe-
cus crederem ſi agatur criminaliter ad pœnam non corpora-
lem,quia tunc admittit procuratorergo ẽt vr admittendus con
ſors litis.Tertio declaratur,vt non procedat in delictis correla-
tiuis,vt in inceſtu,adulterio,& ſimilib.in quib.agitur criminaliter
ẽt ad pœnã corporalẽ,ſm Fel.hic poſt Mar.in d.c.veniẽs,in 35.
fall. Iſta declaratio non placet, quia ad hoc ut conſors litis ad-
mittatur ad defenſiones,oportet ꝙ caueat de iudicato ſoluẽdo.
d.l.2.ſed in cã capitali non põ ꝑſtari talis cautio,cũ nemo ſit
dñs mẽbrorũ ſuorũ,l.liber hõ.ff.ad leg.Aqui. Præterea in deli
ctis correlatiuis põt eſſe,ꝙ non erit ead.cã defendendi,nec agẽ
di,cũ poſſit eſſe inceſtus ex parte unius,& nõ ex parte alterius,
c.in lectũ 34.q.ul.Cũ ergo non pñt neceſſario dici litis conſor
tes,non erit admittendus vnus ꝑ altero,ẽt ꝙ in aliis delictis dẽ-
ſet admitti. ¶ Fallit ſecũdo iſta ɔcluſio,ut procedat lite prius cũ
55 oib.† cõteſtata,ſecus añ,d.l.2.vo.ſed ver.ꝑ oẽs litem legitime ordi-
natã,& rõ eſt duplex.Prima,qa añ li ẽ ɔt.non ſunt litis conſor
tes,cũ lis dicat ꝓprie poſt conteſtatõem,c.ex parte.2.de ver.
ſig.no.in l.cãs,vel lites,C.de tranſ. Scda. qa poſtq̃ oẽs ſunt litẽ
ɔteſtati cẽſent oẽs litigare velle vſq; ad fi.ar.de pig. ac.l.ſi ſeruos.
Vñ quia ɔſtat de ꝓſumpta voluntate ɔſortium, põt alter ꝑ alte
ro experiri,ſm Pau.in d.l.2. Dec.aũt dicit poſſe teneri,ꝙ ẽt añ
li.ɔt.& tñ dei ad d.l.2.ꝙ nõ dicit poſt litẽ ɔte.ſed poſt litẽ ritore
ordinatã,q̃ ẽ ordinata ẽt añ,iuxta glo.in l.1. C.qui dari tu.vel
cura.pñt.Sed fallit,quia illa glo.loquit de cã ritime ordinata,q̃
bñ dr añ,ſecus de lite,d.l.cãs. ¶ Fallit tertio,qñ cõſortes eſſent
56 pñtes,tunc pro pñ ...† nõ ꝑt ɔſors agere,ita Dec. & alii Mod.
hic p tex.in d.l.2.in ver.abſentib.facit,qa ɔiunctus ꝓ cõiũcto pñte
in loco,ubi agitur iudiciũ,nõ admittit ad agẽdũ,ſm Gu.&;Cy.
in l.mutus.§.1.& q.ff.de ꝓc.p illũ tex.& in l.nõ ſolũ,§.qa alieno,
eo.ti. ¶ Cõſidera,ꝙ rõ Pau.de Ca.q̃ ſup.retuli,deſtruit hãc fall.
¶ Scdo obſt qa ꝓcurator admittit ꝓ pñte.l.1.ff.de ꝓc.cur ẽt nõ
admittet ɔſors litis,qui hẽt mandatũ a lege? Fallit quarto ut
procedat, ut poſſit agere pro ɔſortib ɔſentientib uel ignoran-
57 tib.ſecus pro conſortib.† ɔtradicentib l.ſi petitor,ff.de iu.defen de
re tñ põt ɔſortẽ inuitũ,ſm Car.in cle.religioſus,de proc.per l.
ſolutionẽ,ff.de ſol.caue.qa illa l.ſolutionẽ,loquit qñ alius acci
pit iudiciũ in ſe aio nouãdi.Itẽ loquitur,qñ accipit ſe iudiciũ,li
tem ɔteſtando.Non aũt loquit,qñ quis poſt litis ɔte.per prin-
cipales vult eos inuitos defendere ¶ Fallit quinto in his,q̃ req-
58 runt ſpãle† mandatũ.Ita vr uelle Pan.ꝗquiparãs ɔſortem litis,
coniunctæ perſonæ,q̃ non põt agere pro coniuncto in his,quæ
requirunt ſpãle mandatum,l.patri,ff.de min.confirmatur, con
iunctus hẽt potẽtius ius agendi,q̃ conſors.patet,qa agit ante li-
tem conteſt.pro coniuncto,l.ſed & hæ,ff.de proc.& in c.non-
nulli,inf.de reſc.& conſors non,ut ſupra dixi. Et tamen in exi-
gentibus ſpeciale mandatum,coniunctus nõ admittitur, mul-
to minus admitti debet conſors.Contrarium tenet Dec.hic,q̃ ſi
ratio quare admittitur conſors pro ɔſorte,eſt quia negotiũ eſt
cõe: hæc ratio militat ẽt, ꝙ tale negotium alias requireret ſpe-
ciale mandatum. Iſta opi. mihi placet per tex. in cle.religioſus,
de procur. in arg. vbi monachus,licet non poſſit ſine licentia
ſuperioris eſſe procurator pro alio , q̃ pro ſuo monaſterio, tñ
fallit pro conſorte eiuſdem litis. & ſic licet alias requireretur
ſpecialis licẽtia,pro conſorte tñ non exigitur. Ad ɔtrium rñdeo,
ꝙ ideo coniunctus non põt agere pro coniuncto in requiren-
tibus ſpeciale mandatum, quia in talib. cauſis lex non fuit ſu-
ſpicata,ꝙ coniunctus debeat conſentire, ꝙ lis per alium exer-
ceatur.Hæc ratio vr ceſſare in conſortibus,qui ſimul ſunt litem
conteſtati , quia lex præſumpſit velle , ꝙ lis exerceatur ẽt per
conſortem,ex quo eſt eadem cauſa agendi, & agitur de cõi dã-
no,& commodo,ſm Pau.de Caſt.ut ſ.dixi. ¶ Sexto declaratur,
vt procedat dummodo conſors ſit habilis ad agendum pro cõ
59 ſorte,ſecus ſi ſit perſona † inhabilis,ita limitant d.Ant.& Gem.
& Pau.de Leaza.in d.cle.religioſus,per illum tex.qui dicit mo-
nachum poſſe ſuſcipere mandatum pro conſorte litis. Primo
videretur, ꝙ ſine mandato non poſſet agere, alias ille tex. nul-
lam haberet dubitationem:quia ſi poſſet agere ſine mandato
tamquam conſors, nulli dubium , ꝙ etiam poterat ſuſcipere
mandatum,& eius vigore experiri. ¶ Secundo pro iſta fallen.
facit ratio, quia duo ſpecialia non poſſunt ad idem concurre-
re , lege prima. C. de dot. promiſ. ergo conſortium non
poterit ſupplere mandatum alias neceſſarium , & inhabili-
tare primum inhabilem. ¶ Tertio facit , quia conſors agens
pro conſorte tenetur cauere de rato,d.l.2.Sed monachus nihil
habet,nec poteſt obligare bona monaſterij,c.ex parte J. de ac-
cuſ.ergo cum cauere non poſſit,non ẽt poterit agere. ¶ Quar-
to facit bonum ſimile,licet cauſa defenſionis habilitet excom-
municatum in iudicio pro ſe, c. intelleximus, J. de iud. non tñ
habilitat pro conſorte eiuſdem litis,ſm Card.& do. Anto.in c.
poſt ceſſionem,ad fi.J.de proba.quem ſequuntur Fel.& Mod.
hic.ſi ergo habilitetur ad defendendum, multo minus ad agen-
dum.& re vera iſta valde ſtringunt pro hac parte. ¶ Contrariũ
tñ tenent Barb.& Fel.& Dec.hic:mouet,quia qui vult unũ, vult
oĩa conſecutiua ad illud.l.2.ff.de iuriſd.omn.iud.cap. præterea,
J.de offic.delega. Sed tex.in d.cle. religioſus, vult quod mo-
nachus inhabilis poſſit eſſe in iudicio tanquam conſors . Er-
go videtur velle , ꝙ etiam poſſit agere pro conſorte. Sed ad
illud reſpondeo,ꝙ licet tex.in d.cle. velit,ꝙ dicatur conſors,tñ
præſupponit ꝙ non poſſit agere,alias dubitatio illa eſſet vana,
vt ſ.dixi.Item licet tex. velit, ꝙ dicatur conſors litis, non tamen
ſequitur,quod velit illud conſecutiuum,ꝙ poſſit agere,quia re-
gula l. 2. non procedit, vbi alias perſona eſſet incapax eorum,
quæ ſunt conſecutiua, ſecundum Ang. Pau. & Mod. in d.l.2.
per tex.cap.tuam,de ordi.cogn. Sequitur Dec. in d.cap. præte-
rea. Et licet lex habilitet primum inhabilem,vt agat pro parte
ſua,vel alterius,indeque ſuboriatur conſortium,non tamen ſe
quitur quod lex etiam habilitauerit inhabilem pro parte con-
ſortis,quia habilitatio pro parte conſortis , non eſt neceſſaria
ad habilitationem pro parte ſua:vnde licet videatur de acceſſo
riis, ſiue de conſequutiuis,tamen qa non eſt de conſequutiuis
neceſſariis,habilitatio non debet extendi ad talia conſequutiua
non neceſſaria,vt declarat Panor.in cap.quia non tantum.infra
de præbend. Et ſi iſta conſiderabis , reſpondebis ad omnia
fundamenta Mod. & per prædicta tolluntur omnia , quæ per
Felyn.& Mod.adducuntur. Saluari tamen poteſt opinio Mod.
in cauſ. indiuiduis , quia tunc habilitatus pro parte ſua , intelli-
gitur etiam pro parte conſortum,ratione connexitatis,l.2.§.ex
his,ff.de verbo.oblig. Et eſt glo. in l. vnic. C. ſi in commu. ea-
demque cauſa reſt.poſt. Et pro re indiuidua conſors litis etiam
ante litem conteſta. agit pro conſorte, ſecundum Fely hic, &
excommunicatus defendit conſortem litis indiuiduæ , ſecun-
dum d. Anto. in d. cap. poſt ceſſionem. ¶ Ex præmiſſis habe-
tis elicere, quod nouem ſunt neceſſaria ad hoc,ut conſors litis
poſſit agere pro conſortibus. Primo , quod cauſa ſit ciuilis, &
non criminalis.Secundo,quod lis ſimul ſit ab omnibus conte-
ſtata. Tertio , quod conſortes non prohibuerint. Quarto, ꝙ
conſortes ſint abſentes.Quinto,ꝙ non ſit de caſib.requirenti-
bus ſpeciale mandatum. Sexto, quod conſors alias ſit perſona
habilis ad agendum.Septimo,ꝙ negotium ſit commune.Octa
uo,ꝙ ſit eadem cauſa,& idem ius agendi. Nono, ꝙ conſors ca-
ueat de rato ſi ſit actor,vel de iudicato ſoluendo ſi ſit reus.Quæ
cautiones ſunt prætoriæ,ideo exigunt fideiuſſionem, l. præto-
60 riæ,ff.de præto.ſtipula. ¶ Tertio quæro,an coniunctus † poſſit
agere pro coniuncto ſine mandato ? Iſta eſt materia imperti-
nens,tangam ea ſolum, quæ attigit Pau. ex cuius dictis habes
regulam cum vna fallen.Coniunctus rẽ põt agere pro coniun
cto ſine mandato,l.ſed & hæ,ff.de procu. c. nonnulli. J. de re-
ſcrip.ad fi. Non tñ coniunctus dr ꝓcurator cõiuncti. Io cauere

debet de rato, quia eius factum coniuncto non præiudicat, l. 2.
§. 1. iũ. fol l. 1. C. qui. res iu. non noc. ¶ Fallit in his, quæ requi-
runt ſpeciale mandatum, pro quib. coniunctus non poteſt age-
re ſine mandato, l. patri, iuncta l. illud, ff. de min. & ſic vbi requi-
ritur ſpeciale mandatum hoĩs, non ſufficit gñale mandatum
legis, & ita tenent oẽs, excepto Dec. ꝙ ſolus ꝯdicit, p tex. in d. c.
nõnulli, vbi ad impetrandũ reſcriptũ, requirıtur ſpãle mandatũ,
vt ibi. & tñ ꝯiunctus admitteretur ad impetrandum p coniun-
cto. Nec ob. ſm cum ſolutio Pan. approbata per alios, ꝙ ibi aga
tur de modico præiudicio, q̃a attenta iſta rõne indiſtinctè con-
iunctus ẽt in requirentibus ſpãle mandatũ deberet poſſe age-
re, cum ſp agatur de modico præiudicio, quia nunq̃ p̃iudicat
coniuncto, niſi ratificet, d. l. 3. Scdo dicit, ꝙ ſolutio Pan. non vr̃
ex illo vera, quia impetratio reſcripti eſt non modici præiudi-
cii pp occaſionem litigãdi, pp expenſas litis, l. minorib. 25. ann.
ff. de min. Ad tex. in d. l. patri, rñdet, ꝙ ideo ibi coniunctus non
p̃t agere, non quia requiratur ſpeciale mandatum, ſed quia ap-
parebat de ꝯria voluntate, ꝯ q̃ coniunctus non admittitur. l. Põ-
ponius, §. ſi. ff. de proc. & ex iſtis infert, ꝙ coniunctus põt ſolu-
tionem recipere pro coniuncto, cum illi non præiudicet, niſi ra
tificet. ¶ Sed iſtis non obſtantib. teneo opin. cõem. per tex. in d.
l. patri. Non ob. adducta ſubtiliter in ꝯrium, Et primo non ob-
ſtat prima conſideratio, ꝙ dicatur ſp agi de modico præiudicio
ex eo ꝙ eius ſcm̃ coniuncto non præiudicat. Quia lex non tm̃
conſiderat p̃iudicium coniuncti, pro quo agitur, ſed conſiderat
magis præiudicium eius, ꝯ quem agitur, c. ſi. de proc. lib. 6. Non
ob. 2. conſideratio, ꝙ ẽt in impetratione reſcripti agatur de ma-
gno præiudicio pp expenſas litis, quæ fiunt coram delegatis,
Quia conſideratio expenſarum, quo ad impetrationem reſcri-
pti, non eſt conſiderabilis, attento quod ẽt coram ordinario re-
quiruntur expenſę. Non ob. rñſio tradita ad l. patri. videlicet ꝙ
loquatur, qñ coniunctus vult agere pro coniuncto ꝯdicente,
quia falſum eſt: loquitur enim ẽt qñ vult agere pro coniun-
cto ꝯdicente, nam illa verba, licet nolit, reſpectu patris ſtant au-
gumentatiuè, vt in c. de ſo. comp. lib. 6. vnde illatio negatiua
quo ad alios coniunctos dẽt intelligi, ẽt ſiue coniunctus ꝯdi-
cat, ſiue nõ, l. nam quod liquidè §. ſi. ff. de pen. leg. Ergo illa ver-
ba, non aliter admittendos eſſe, q̃ ex voluntate coniuncti, de-
bent intelligi de expreſſa voluntate, vt ẽt volunt glo. & omnes
ibi. ¶ Ex iſtis mõ reſultat, ꝙ De. malè loquitur, dum vult ꝯiun-
ctum poſſe recipere ſolutionẽ ſine mandato. nam hoc eſt ꝯ ca-
ſum l. q hoiem, §. ſi gñr. ff. de ſol. & in l. nõ ſolũ. ff. ſol. mat. & in
l. qui aliena, § q̃ 3, ff. de neg. geſt. & pulchre demonſtrat Alex.
conſi. 4. col. 2. lib. 2. ¶ Adde tñ, ꝙ licet coniunctus non poſſit exi
gere, põt tñ compellere debitorẽ, vt pecuniam debitã deponat
ſm Bald. in l. ſi aũt, ff de neg. geſt. de iſta mã, an coniunctus poſ-
ſit agere p coniuncto, videas plene per Fel. in d. c. nonnulli. §.
ſunt & alij. & in c. coram, de offi. deleg. & Iaſ. in l. exigendi, C. de
proc. ¶ An aũt in cã beneficiali admittatur coniunctus p con-
cto? Glo noſtra vr̃ velle ꝙ ſic, ſi ad tex. referatur, & ad hoc eam
notauit Rota tit. de procu. dec. 141. in nouis. Contrariũ tenent
Pan. & alij in c. accedens, ꝯ. de pb. Rot. vbi ſ. latè Gem. & Peru.
in c. ſi tibi abſenti, de p̃b. in 6. ¶ Quarto quęro, an Canonicus
61 † poſſit agere pro canonico ſine mandato? Glo. Pan. & alij
hic rñdent ꝙ non. Idem tenent Pan. Fely. & alij in c. coram, de
offi. deleg. Et iſta eſt cõis opin. quæ gñaliter procedit non ſolũ
in canonico, ſed in omni coniuncto coniunctione ſpirituali, ut
hic per Doc. Hinc Monachus non agit ẽt pro monaſterio ſuo
ſine mandato, c. le. religioſus, de proc. nec beneficiatus pro ſua
eccleſia, niſi in certis caſibus, de quibus per Abb. in c. ſi quis p̃ſ-
byterorum, de rebus eccle. non alie. ¶ Contrarium tenent plu-
res glo. adductæ per Fel. hic, quas ſequitur Dec. motus, quia cõ-
iunctus coniunctione ſanguinis, admittitur pro coniuncto ea
ratione, qua lex præſumpſit coniunctum, pro quo agitur con-
ſentire. pp affectionem, & amorem, qui verſatur inter coniun-
ctos. Iſta ratio pariformiter militat inter cõiunctos coniunctio
ne ſpirituali, qui eadem dilectione amandi ſunt qua carnales, c.
1. & c. pietatium. 30. q. 3. & c. qualis, 15. q. 6. Et ꝙ lex conſideret
amicitiam inter coniunctos ſp̃uales, patet. quia voluit eam eſſe
iuſtam cãm ſuſpicionis in recuſando concanonicum in iudi-
cem, c. cum R. canonicus, de off. deleg. ¶ Tu non recedas a cõi.
Ad arg Dec. rñdet Fel. hic, & ante eum glo. in d. c. pietatium, ꝙ
coniunctio ſpiritualis, quantum ad ius reuerentiale, contempla
tur ſicut coniunctio ſanguinis, non quantum ad alios effectus
iuris; patet, quia canonicus poteſt eſſe teſtis pro canonico, ſm
glo. in d. c. cum R. ſi frater non põt eſſe teſtis pro fratre carna-
li l. parentes, C. de teſta. Iſta ſolo p̃t comprobari ex his quæ ſcri-
bit Iaſ. in l. ſed & ſi qs ff. ſi qs caut. Sed iſti non eſt mia. Tum quia
non aſſignatur ratio diuerſitatis, cum magis quo ad ius reuerẽ-
tiale, q̃ in alia materia. Tum quia, vt dicit Dec. ẽt coniunctio ſpi
ritualis conſideratur in alia materia, cum pręſtet iuſtam cãm
recuſandi canonicum, vt ſ. dixi. vñ aliter rñdeo, negando, ꝙ
coniunctus carnalis poſſit agere pro coniuncto, pp præſum-
ptam voluntatem coniuncti, vt dicit Dec. nam ſi hoc verum
eſſet, non requireretur ratihabitio, quia vbi lex præſumit, & ſu
per præſumpto ſtatuit, non admittitur probatio in ꝯrium, c. is
qui fidem. de ſponſ. hic autem requiritur ratihabitio, & poteſt
pro arbitrio coniunctus pro quo actum fuit, dicere nõ conſen
ſiſſe, l. 1. C. quib. res iud. non no. ergo, &c. Et quod iſta ratio nõ
ſit vera, patet; quia ea attenta ſequeretur, quod amicus poſſet
agere pro amico ſine mandato, cuius cõtrarium tenet hic do.
An. per tex. in l. tutor, C. de neg. geſt. & eſt cõis opi. Dnct. ſecun
dum d. Ale. & Mod. in l. exigendi, C. de proc. Item loqueretur,
ꝙ coniunctus qui non eſſet bonus amicus (prout communi-
ter reperitur. etenim fratrum quoque, gratia rara) non poſſet
agere, quod non credo verum, ea quo non pręiudicat coniun-
cto, niſi ratum habeat, d. l. r. ¶ Fallit dupliciter, primo quantum
62 ad petendam † abſolutionem ab excommunicatione, quam
poteſt petere canonicus pro canonico ſine mandato, ſecun-
dum Inn. in cap. Romana, de ſententia excom. in 6. & Rotam
de proc. deciſ. 36. in nouis, quam in meis non inuenio, ſequũtur
Fel. & Mod. hic. ¶ Sed tu conſidera, quomodo poſſit procede-
re, quia in petenda abſolutione requiritur ſpeciale mãdatum,
ſecundum gl. in c. qui ad agendum, de proc. in 6. ¶ Item in ab-
ſolutione requiritur pręſtatio iuramenti quod parebit manda-
tis eccleſię, c. cum deſideres, c. ex tenore. ioſ. de ſent. excom. Et
ad iurandum requiritur ſpeciale mãdatum, c. ſi. de iura. calum.
lib. 6 tradit Bar. in l. qui bona, ff. ſi alieno, ff. de damn. infec. con-
iunctus autem ẽt carnalis non admittitur, vbi requiritur man-
datum ſpeciale, l. patri, §. de mino. Ergo etiam non debet ad-
mitti coniunctus ſpiritualis per prędicta. ¶ Fallit ſecundo in
63 pręlato agente † pro capitulo, quia inter pręlatum, & capitu-
lum, eſt maior coniunctio, quam inter alios canonicos, ſecun-
dum d. Ant. in c. edoceri, col. 3 de reſcr. Sequuntur Fel. & Mod.
¶ Contrarium tamen tenet idem Fel. in d. c. nonnulli, §. ſunt &
alii col. 17. credo, ꝙ ſi agatur de communi intereſſe, quod poſ-
ſit, non ea ratione quia ſit coniunctus cum capitulo, ſed quia in
his, quę ſunt cõia pręlato, & capitulo prælatus habet admini-
ſtrationem a iure, & qui habet adminiſtrationem legitimam,
poteſt agere ſine mandato, l. pen. ff. quod cuiuſq; vniuer. nom.
Si vero agatur ſolum de intereſſe capituli, tunc non poſſit, d. c.
edocen, vbi gl. & ibi Pan. ita declarat. ¶ Glo. in verbo, duos ad
eam, diuiditur in duas partes. In 1. opponit. In 2. triplicem ſol-
uit. Ex dictis gl. & Pa. habetis quinque ſolutiones ad contrariũ,
quod formatur de Concilio Turonen. prohibente ſectionem
pręb endarum. Prima fuit ſolutio glo. quæ fatetur contrarium
quod non ualet receptio duorum ad unam pręb endam c. dile
cto, de præb. Non ob. iſte tex. quia hic non pręſupponitur ꝙ va
luerit. Et licet capitulum allegaret ſe recepiſſe duos ad candẽ
præbendam, tamen non potuit probare. Et ſic habes notare
64 ex hac glo. ꝙ non ſufficit † allegare, niſi allegata probentur. fa-
cit tex. in c. cum ſuper, inf. de conceſ. præb. allegatus in glo. Ad
idem tex. cum glo. in l. 1. ff. ſi quadru. paupe. feci. dica. & l. 1. §. 1.
vbi Bar. ff. de dolo. & in ca. non eſt, de conſue. lib. 6. de quo late
per Alex. & Mod. in l. ſi prius, in glo. in ver. egiſſet, de no. oper.
nunc. & per Fel. in c. fin. col. pen. de foro compe. Aliqui tamen
dicunt, ꝙ iſta ſolutio non eſt admittenda, quia diuinat. ſed po-
teſt reſponderi, ꝙ imo non diuinat quia M. & quatuor ſocii al
legabant ſe receptos nullis præbendis aſſignatis eiſdem, capitu
lum negabat quantum ad duos, aſſerendo eos recepiſſe ad unã
præbendam. Quod non apparet iuſtificatum fuiſſe per capitu-
lum, ergo &c. ¶ Secunda fuit ſolutio gloſ. fatentis etiam con-
trarium, ſed reſpondentis, ꝙ in caſu huius cap. non fuit admiſſa
exceptio capituli, quia in hoc capitulum allegabat turpitudi-
65 nem † ſuam contra c. inter dilectos, de don. l. tranſactione fini-
ta, C. de tranſa. ¶ Iſtam ſolutionem damnat Pan. quia fauore
animæ auditur allegans turpitudinem ſuam, c. lator, c. conſan-
guinei, de re iud. ¶ Ex alio non vr̃ vera iſta ſolutio ſm Bal. quia
audiri debet allegans turpitudinem, quę habet in ſe patentem
nollitatem uel impoſſibilitatem, ut hic. Sic etiam dicimus, ꝙ li
cet uenire contra factum proprium, patenter, & ipſo iure nul-
lum, l. quemadmodum, C. de agri. & cenſi. lib. 11. glo. & Bald. in
l. 1. C. de liber. cau. notatur in c. diuerſis fallaciis, de cler. cõiuga.
¶ Tertio non videtur tuta ex alio, quia auditur allegans turpitu
dinem ſuam excipiendo, ſecundum Bald. in l. poſt mortem, ad
fi. ff. de adop. & in l. fi. ff. de act. & obl. traditur late per Fel. in ca.
3. loco, de pręſump. per Bar. & alios in l. iuſiurandum, quod ex
conuentione, §. procurator, ff. de iurei. ¶ Sed aduerte, quia iſta
ſolutio optime vr̃ probari in d. c. cum ſuper, per quem tex. fal-
len. traditę ad regulam p̃dictam vĩr confundi. ibi. n. agebatur
de ſalute aię, ꝙ non admittatur quis ad vacaturas ꝯ Lateranen.
Concilium, ibi excipiendo capitm̃ proponebat. Et tamẽ Papa
dicit, ꝙ capitulum non debebat audiri, quia ipſi allegabant tur
pitudinem ſuam, fatendo ꝙ ꝯ Lateranẽ. Concilium venirant.
¶ Tertia fuit ſolutio gl. ẽt fatentis ꝯrium, & ad iſtam rñdet, ꝙ
hic duo fuerũt recepti ſimplr̃, & non ad cand. p̃bendam, & in
quantum

quãtum ad tex. dicit ad eam, dēt exponi, i. ea uacãte. Illa ſol. licet
approbetur per Ab. & alios, non eſt tenēda. Tum quia uiolat
lrãm tũ qa expoſitio eſt inepta, nã tex. ſm hãc expoſitionē, idē
bis repeteret, cum dcm ſit ſ. cũ una prębenda uacaſſet, duos ad
eam, &c. Tũ qa confunditur ex illis uerbis, donec primi duo eſ
ſent integras prębendas aſſequuti, ergo erãt admiſſi ad præben
das nõ integras, & ſic ad dimidiatas. ¶ Quarta fuit ſolo Io. And.
fatentis ꝯrium, & rñdentis tex. in uerbo, ad cã qđ dēt intelligi, ſ.
eccleſiam, & ſic facit ſimplicem relationem. Iſta ſolutio eſt pla
nior cęteris. Tamen ex dictis in pręcedenti ſolutione etiam iſta
morderi poteſt. Ex iſtis duab. ſolonib. elicitur una concſo, ꝙ ſi
uacãte una ꝑbenda duo ſimpľr eliguntur, ꝙ ualet electio. Et cũ
iſta gl. omnes tranſeunt, de quo ſtatim dicam. Quinta fuit ſolu-
tio d. Ant. ꝙ non ualet receptio duorũ ad unã ꝑben. ita ꝙ eadē
ſit titulus duorũ; & non ualet receptio, quia neceſſario ſequitur
ſectio eiuſdē ꝑbendæ, cum oporteat ꝙ unus habeat dimidiam
prębendam in titulũ, alius aliam dimidiam. Quod eſt contra cõ
cilium Turonen. & iſto modo procedit tex. in d. ca. dilecto, & in
c. tuę. ℑ. de prębē. Hic autem ualuit receptio duorum, qa fuerũt
recepti ad eandem prębendam, non ꝙ illa ſit titulus duorũ, ſed
animo faciendi de una præbenda duas. Qđ fieri poteſt, ubi red-
ditus ſuppetunt utrique iuxta formam c. uacante, ℑ. de præbend.
Iſtam ſolutionem damnat Pan. hic, & in c. maiorib. de ꝑb. poſt
Inn. ibi, quia ꝑbenda non ſolum conſiſtit in re, ſed in ſcõ, i. in tē
poralitate, puta in prædijs. Et ad diuiſionem rei conſiſtentis in
ſcõ non ſufficit ſola mens, ſed requiritur ēt ſcm̃. i. actualis ſepa-
ratio, ſm gl. in l. qđ in rerum, §. a. ff. de leg. 1. & l. qui duas, ff. cõ.
ꝑd. Iſtã ſolutionē ēt damnat Imo. in d. c. uacante, per illũ text. in
uer. ꝯſtituent, per quod apparet ꝙ non ſufficit ſola intētio. Hãc
etiam improbat Dec. hic, qa ad hoc ut ualeat ſectio unius præ-
bendæ, ꝑ diuiſione duob. facienda, eſt neceſſe, quod redditus u-
triq. ſufficiant, d. c. uacante. Sed hic non ſufficiebant. patet, quia
fuerunt recepti, ita ꝙ alij nihil haberent, donec primi duo inte-
gras ꝑbendas fuiſſēt aſſequuti. Mihi ēt nõ uř tuta, quantũ ad iſtũ
tex. quia in tex. ℑ. pręſupponitur, ꝙ quatuor erant admiſſi ad ua
caturas prębendas. Quod eſt falſum, ſi duo eſſent recepti ad unã
ꝑbendam diuiſam in duas, tũc. n. illi duo eēnt recepti ad uacan-
tes. Vnde tres tm̃ neceſſario eēnt ad uacaturas recepti. Diſtin-
ctio tñ uera uidetur, & eã uř uoluiſſe gl. pe. in d. cap. dilecto. eam
ēt ſequũtur Hoſt. & d. Ant. in d. c. vacante. Nec ob. ꝙ reqrat̃ fa-
ctum in diuiſione tpalitatũ, qa verũ, q̃tum ad effectũ, ut pęes de-
monſtrentur ad oculũ, ſed q̃tũ ad effectus iuris, vt receptio va-
leat, ſufficit, ꝙ appareat de animo capľi, ꝙ velit diuidere vnã ꝑb.
in duas. Nõ ob. tex. in d. c. vacante. in verbo, ꝯſtituēs, qa intelligo.
ſ. ꝓpoſito & mēte expſſa, nõ fcõ, & ita ibi exponebat Hoſt. q ex-
ponebat conſtituens, i. ꝯſtituere intēdens. Et iſtam opinionē cõ-
firmo, qa licet prębenda conſiſtat in tpalitate, reſpũ perceptio- 67
nis fructuum: tñ reſpectu receptionis, dř ius ſpirituale, & ad il-
lud ius ſpirituale admitti receptus ꝑ capľm, d. c. dilecto. Vnde q̃
tum ad ea, q̃ ſunt iuris, ſufficit diuiſio fcã ex propoſito, cũ aliter
fieri non poſſit, l. 1. C. de hęre. actio. cum ſimi. Vnde ut intelli-
gas concilii Turonen. diſpõnem, facies plures caſus. ¶ Primus,
66 eſt quando duo recipiuntur ad eandem † ꝑbē. ita ꝙ illa ſola ſit
titulus amborũ, & vnus hēat dimidiam fructuum, & alter aliã
dimidiam. & iſto caſu nõ ualet receptio, qa effectualr̃ ſcindit. Et
iſto caſu loquitur concilium Turon. in c. maiorib. ſecundũ unũ
intellectum & in d. c. tuæ, & in d. c. dilecto. ¶ Scđs caſus eſt qñ
duo recipiunť ad unã ꝑbendam faciendo, & diuidendo expreſ-
ſe eã in duas ſine rõnabili cã, & nõ ualet ēt receptio, qa ꝯ conci
lium Turonen. & ita ēt procedat tex. in d. ca. maiorib. ſed Barb.
hic contradicit, dicens, ꝙ ualet receptio, & diuiſio, ſed ꝙ eas ca-
pitulum reintegrare tenetur. Qđ uř ſeq Dec. hic, ſed certe eſt ꝯ
tex. in d. ca. vacante. ¶ Tertius caſus eſt, quando una præbenda
ex cã rõnabili diuiditur actualr̃ in duas, & iſto caſu valet rece-
ptio duorũ, ita ꝓcedat tex. in d. c. vacante. Quartus caſus eſt, qñ 68
duo recipiuntur vacante vna prębēda per capitulum animo de
clarato, ꝙ volunt ſcindere ea cã rationabili, cum facultates ſuf
ficiant vtrique, & iſto caſu variæ ſunt opiniones, vt ſ. dixi. Ego te
neo, ꝙ valeat, nec ſit ꝯ concilium. ¶ Quintus caſus eſt, quando
duo recipiuntur ad vnã præbendam uacantem, non declarato
animo c. ꝙ animo ſcindendi duos recipiũt, & iſto caſu d. Anto.
hic fuit in hac ſententia, ꝙ ualeat, ſi redditus ſufficiãt utriq., qa in
dubio ꝑſumendũ eſt, ꝙ capitulum uoluerit facere actũ ualidũ,
l. 3. ff. de teſta. mili. Contrariũ hic uult Pan. & Imo. in d. c. uacan-
te, per tex. in d. c. tuæ, & in d. cap. dilecto, qui ſimpliciter loquun
tur. Sed licet loquantur indiſtinctè, non tamen eſt inconueniēs
reſtringere illa iura, ut non procedant, quando datur caſus, in
quo ꝑt receptio ſuſtineri. Et ꝓ iſta opinione do. Anton. facit, ꝙ
qui uult unum, neceſſario cenſetur uelle omne antecedens ad
illud, Inſtit. de hęre. inſti. in princ. . pen. C. de neceſſa. ſer. hęre. io
ſtit. & cap. prætерea. de offic. deleg. cum ſimi. ¶ Sextus caſus eſt
quando uacat unus canonicatus, cui eſt annexa ꝑbenda, & duo
uel plures eliguntur ſimpliciter in canonicos. de prębenda ni-
hil dicitur, & valet receptio, ſecundum gl. hic in tertia ſolutio.
Et iſto caſu præbenda debetur primo recepto. Si vero ſimul eſ
ſent recepti, locus eſt gratificationi, ſecundum Panor. & alios,
per tex. in c. penu. de reſcri. lib. 6. ¶ Septimus caſus eſt, qñ uacat
vnus canonicatus, & vna præbēda annexa, vt ſi recipiuntur duo
cum hoc, quod vnus habeat præbendam, alius expectet ua-
caturam, & iſto caſu ſi incertum ſit quis debeat habere præ-
bendam, quia non ſit ſpecificatum, ſi obſtet concilium Late-
ranenſe, neutra ualebit, ca. 2. de conceſ. præb. Si uero ſpecifica-
tum ſit, quis debeat expectare vacaturam, receptio illius tãtum
vitiabitur, & non reſpectu habentis præbendam, quia utile per
inutile non vitiatur, reg. vtile, de reg. iur. ſecundum Inn. in d. c. di
lecto, & in d. c. tuæ. ¶ Octauus caſus eſt, quando præbenda ua-
cat, quę non eſt annexa alicui canonicatui, ſed conſiſtit in me-
ra temporalitate. vt ℑ. dicã, & tunc poſſunt recipi plures ad can-
dem, ſecundum Panor. in d. c. tuæ. Nam & iſto caſu dari poſſet
duobus laicis, ut illam eõem habeant, ſicut poſſunt canonici ſi-
mul omnes viuere ex redditibus communibus. ¶ Nonus caſus
eſt, quãdo duo recipiuntur ad eandem prębendam diuerſis tpi-
bus, & tunc ualet receptio utriuſque, ſed primus habebit præ-
bendam. Secundo uero erit prouidendum de ſuperexcreſcenti
bus fructibus, & ita procedit iſte text. & iſta eſt optima ſolutio
ad contrarium. ¶ Decimus caſus eſt, quando duo recipiuntur
ad eandem prębendam non purè, ſed unus ſub conditione alte
rius, id eſt, aſſignamus Titio talem prębendam, & ſi noluerit
eam, aſſignamus Meuio, & iſto caſu non valet receptio, non
ex eo, quia ſit contra concilium Turonenſe, ſed quia collatio
eſt conditionalis, contra c. 2. de ele. lib. vi. ita Pan. in d. c. tuę. Sed
aduerte, quia Pan. non aperit, an receptio utriuſque vitietur. Et
ſic uř velle, ꝙ vtraque ſit nulla. In contrariũ uř, ꝙ aſſignatio fa-
cta Titio valeat, quia quantũ ad ipſum collatio uř facta ſub cõ-
ditione, quę tacite ineſt, uidelicet ſi voluerit, quę conditio taci-
te ſubintelligitur, c. ſi tibi abſenti, de pręben. lib. 6. Ergo non de
bet vitiare prouiſionem, ſicut nec illa ſi vacat, ſecũdum gl. in d.
c. 2. Cogita. ¶ Gl. in verbo, ſine pręiudicio, diuiditur in quatuor
partes. In prima ſoluit tacitum contrarium. In ſecunda. ibi, ar-
gumentum contra, opponit contra ſolutionem, & reſpondet.
In tertia ibi, & quandoque, ponit vnum dictum pro confirma-
tione contrarii. In quarta ibi, ideo poteſt, alio modo ſoluit.

¶ Pro intelligentia huius glo. examinanda eſt materia prote-
ſtationum, quæ eſt periculoſa & ſubtilis. Et quã Bar. magiſter
Iuris, ſecundum Feli. adeo ordinatè, & copioſè tractauit in l.
non ſolum, §. morte, ff. de no. ope. nunc. quod nullus auſus eſt
eam poſtea aggredi. Quid ergo faciam ego inter Doctores mi
nimus? ſequar itaque Bar. vti legiſferum Deum, addendo, uel
detrahendo, prout ſcientię conditor reuelabit. ¶ Quæro pri-
mo, an proteſtatio † aliis nominibus nuncupetur? Reſpondet
Bar. quod reperiuntur plura vocabula in hac materia, quę om-
nia proteſtationem important, vt verbum, proteſtatio, ca. ſoli-
citudinem, ℑ. de appe. l. & ſi quis, plerĩq;. ff. de relig. & ſumpt. fu
ne. Item, conteſtatio, l. fi. C. de his qui per me. iud. non appel. c.
fi. de appel. Tertio, teſtatio, l. 2. ff. de naut. fœno. Quarto deteſta-
tio, l. deteſtatio, ff. de uerb. ſig. Quinto, atteſtatio, l. ſubſignatum
§. atteſtari, ff. de uerbo. ſign. fi. Sexto, denunciatio, l. fi. C. de neg.
geſt. l. in contractibus, §. in omni, C. de non nume. pecu. Septi-
mo, vetatio, l. ſi pro te, ff. mand. l. ſi ſeruus vetante, ff. de verbo.
oblig. Octauo, prędictio, l. fi. §. item ſi prędixerit, ff. naut. caupo.
ſtabula. Nono, interpellatio, l. mora, ff. de vſu. l. ſi ex legati cã,
ff. de verb. obl. Decimo, prohibitio, l. ſi quis prohibuit, alias in-
cipit, Papinianus, ff. de pub. Et licet Bar. & ſcribentes *communiter*
rici, & nondũ sit a suo superiore acceptata, alias si esset facta in
manib. clerici, & a suo superiore acceptata, non vr̃ necessaria
mentio p ea, q̃ dicã in 4. ampliatione. Ita colligitur ex notatis in
d. c. q in dubijs, & p Gem. ɔl. 125. Sup primo. Tertio amplia, vt
ẽt de pensione fieri dẽat mentio, c. ad audientiã, 2. J. eo. Quarto
amplia ẽt, vt sit facienda mentio de literis gratiosis, quib. impe
trans renunciauerat, ſm Pan. in d. c. ad audientiam, in 4. not. qa
ex quo earum vigore poterat ɔsequi bñficiũ, & noluit, si papa
hoc sciuisset, difficilius concessisset secundã gratiã, ergo, & c. c.
postulasti, J. eo. Sed ɔ̃tra vr̃ dicendũ, quia de bñficio renũciato
qñ valuit renunciatio, & fuit acceptata, non est facienda men
tio, ſm Lapũ alleg. 89. Duo p̃lati. & Fel. in d. c. in nr̃a, corollario
20. ergo nec ẽt de literis, quib. est renunciatũ. Et ɔ̃trium tenuit
idẽ Pan. in d. c. in nostra, col. pen. nisi vigore dictarũ literarũ ali
quid fuisset consequutus, d. c. ad audientiã. Quinto amplia, ẽt si
esset beneficium manuale, q solet conferri ad tps, vt prioratus
claustralis, de quo loquitur tex. in cle. 1. in ver. reuocari. de sup-
plenda negli. præla. nã de tali bñficio ẽt est mentio facienda, ſm
Io. Cal. in consi. 9. n. de rescr. Alias ampliationes collige per te.
Intellige & restringe primo, vt procedat p̃missa cõclusio in be
neficijs, quę impetrans obtinet in titulũ, secus in his, quę tenet
absque titulo, vt sunt vicariæ tpales, quia de illis non est neces-
sario facienda mẽtio, c. postulasti, J. eo. quẽ sic intellixit Io. Cal.
in d. cõs. 9. Intellige tertio, verũ esse, si impetrans sciebat se hr̃e
alia bñficia, secus si ignorabat, qa tũc taciturnitas nõ reddit se-
cundã gratiã subreptitiã ipso iure, c. grã, de rescr. lib. 6. Sed pro
intelligentia reuoco in dubium, an sufficiat, q in impetratione
fiat mentio priorũ bñficij in gñe, puta q petatur, q fiat ɔuide-
ri de bñficio tali, no obstante q aliud obtineat bñficiũ? An ve-
ro dẽat fieri spãlis mentio de ipso bñficio. Card. & Barb. hic te-
nent, q sufficiat noĩare bñficium in gñe. Mouentur per istum
tex. dñt. n. q tex. hic vult impetrationem vitiari, quia se simpli-
ci noĩe clericos appellabant, & sic nec ẽt in gñe se esse bñficia-
tos dicebant. Ergo si dixissent se hr̃e alia beneficia in gñe. ua-
luisset impetratio. Sed Pan. hic tacite improbat hunc intellẽm,
quia tex. esset de indubitabili ita eũ intelligẽdo. Nã satis notum
erat p iura antiqua, q impetratio non faciens mẽtionẽ ullo mõ
de bñficiis obtentis nihil ualet, d. c. cũ adeo, & c. ad audientiã, c.
si proponente, J. eo. cũ simil. Itẽ iste tex. se fundat in hoc, quia
non erat facta mentio dignitatis, & in hac subreptione non se
fundasset, si non esset facta mentio beneficij ẽt in gñe. Itẽ tex.
iste dicit, q se appellabant simplici noĩe, tanq̃ non haberent ali
quẽ psonatũ. Ergo appellarũt se bñficiatos simplici noĩe, alias
tex. dixisset tanq̃ non haberent aliquod beneficium, non tanq̃
non haberent aliquem personatum. Secundo pro hac parte
And. Barb. alle. tex. in c. is cui, in prin. de pb. in 6. solutio. Ille tex.
loquit in gñali ptãte conferendi cõcessa alicui, ut possit ẽt ɔfer
re bñficia psonis ẽt alias bñficiatis. vñ sufficit generalis mẽtio,
quia spãlis non põt cõmode fieri. Nos loquimur in eo, q impe
trat, qui põt de obtentis bñficiis facere mentionẽ spãlẽ, & pro
ista sõne faciunt q̃ scribit Fel. in d. c. in nostra, corolla. 36. ver.
& si diceretur. & ver. 6. not. J. eo. Tertio pro ista parte adducit
tex. in c. non põt, de præb. li. 6 vbi innuitur, q sufficiãt impetran
ti dicere, non obstante, q habeat beneficium. Solutio, secundũ
Pan. Ibi narratur factum implicite, & non explicite. Idem Papa
respondet quid operetur gratia concessa cum tali clausula, nõ
obstante, &c. non autem referri formaliter quid contineretur
in precibus Contrariam opinionem, q imo in specie sit facien
da mentio de beneficio, tenent Panor. & communiter alii. Pri
mo per istum textum, ubi expresse deciditur, q debet impe-
trans

trans exprimere in genere, ꝙ sit beneficiatus. Ad istum tex. re-
spondet Card. hic, ꝙ speciale est, qñ existens in dignitate impe
trat exiguum beneficiũ. Ratio specialitatis, quia exigua benefi-
cia debentur pauperibus, qui inquietant diuites per impetra-
tiones ipsorum. & ideo non est uerisimile, ꝙ papa concessisset
talia exigua beneficia existenti in dignitate, si fuisset facta men
13 tio dignitatis. Sed † Inn. Io. And. Pan. & alij reprobant hunc in-
tellectum, quia papa facilius concedit minora beneficia, quam
maiora. vnde subaudiunt ad tex. ibi, super minoribus, verbum
maxime. quasi dicant, idem dicendum in impetratione maio-
rum beneficiorum. Ista tamen responsio non caret cauillatio-
ne. Secundo mouetur per tex. in cle. si Romanus, de præb. per
locum a speciali. Sed mihi non probat. quia licet velit, ꝙ specia
le sit in collationibus factis a papa motu proprio, vt non sit fa-
cienda mentio de beneficijs obtentis, tamen quia specialitas
consistit in omnimoda taciturnitate, non sequitur, ergo in col
lationibus, quæ fiunt ad supplicationem, est facienda mentio
in specie, quia si dicamus, ꝙ sufficiat facere mentionem in ge-
nere, adhuc stabit specialitas illius textus in collationib. factis
motu proprio, in quibus non est vllo modo necessaria men-
tio aliorum beneficiorum prius habitorum. Tertio adducitur
tex. in c. in nostra. ibi, nisi expressam fecerit mentionem. J. eo.
14 Ad istum tex. respondet Barb. ꝙ expressa dr̃ mentio † etiam il-
la, quę fit uerbis generalibus. Allegat doct. Bar. in l. 1. ff. de vul-
gar. & pup. subst. & quod decidit Bar. in l. i. ff. si quis in ius vo-
catus non ierit. Defendendo communem potest dici, ꝙ doct.
Bart. in d. l. i. procedit in materia indifferenti, uel ꝑ alias fauo-
rabili. Secus in materia restringibili & odiosa, in qua nõ dr̃ ex-
pressum, quod verbis generalib. exprimitur, ut est tex. cum gl.
in c. inquisitores, de hæret. lib. 6. Sunt. n. rescripta ad beneficia
stricte interpretanda, c. quamuis, de præb. lib. 6. Quarto pro hac
sententia uidetur casus in clem. fin. de officio ordina. ubi dr̃, ꝙ
collatio facta habenti aliud beneficium, non ualet, nisi de pri-
mo sit facta spãlis mentio. Vbi autem requiritur mentio spã-
lis, non sufficit ꝙ fiat mentio uerbis generalibus, secundum gl.
in cle. i. in versi. specialiter, de iud. & facit tex. in l. si qñ, §. & ge-
neraliter, C. de inoffi. test. & quod ibi no. Mod. disputando dici
posset, ꝙ etiam dr̃ specialiter exprimi, quod uerbis generalib.
exprimitur, vt est tex. cum gl. in l. fi. C. ꝙ cũ eo. & ibi Bar. in d. l.
si quis in ius vocatus non ierit. Quinto facit, quia ratio, quare
requiratur specialis mentio, est quia præsumitur, ꝙ papa non
cõcederet beneficium alicui, si sciret eum hr̃e aliud beneficiũ,
ut hic, & in d. cle. fi. Ergo est ẽt facienda mentio de beneficio ta
liter, ꝙ non possit dici, si papa sciuisset, non concessisset. Ergo
ẽt de circunstantijs, & qualitatibus beneficij, quę haberent red
dere papam difficiliorem ad concedendum, est facienda men-
tio, c. postulasti, in net. de leui, J. eo. Sexto, generalitas parit am
biguitatem & obscuritatem, l. Titię textores, ff. de leg. i. l. ita fi-
dei, & ibi gl. ff. de iure fisci. sed in materia subreptionis, de qua
15 loquimur, ita expressio obscura, † & facta sub uerborum inuo
lucro, vitiat rescriptum, sicut omnimoda taciturnitas, sm Pan.
in c. a. de dolo & contumacia. & sensit glo. in ca. dilectus filius
Abb. J. eo. refert, & sequitur Curt. qui plura alia adducit, consi.
35. col. 8. & consi. 74. col. 11. in fi. & seq. Nam sm Bal. ꝑ gñali-
tatem & uerborum inuolucrum effugitur mens deliberata Põ
tificis. Ita Bal. in c. cum dilecta, J. eo. Et sic stat conclusio com-
munis, ꝙ de beneficiis habitis est facienda mentio in specie, alś
impetratio est nulla. Sed nunc se offert alia dubitatio, an suffi-
ciat nominare titulũ bñficij, an uero necesse sit exprimere om-
nes qualitates, & circunstantias, & quas in specie. Et antequam
deueniam ad hanc dubitationẽ, expediam prius aliquas quæ-
stiones, quas tangit hic Pan. in s. not. Et primo quæro, an impe
16 trans teneaẽ mẽtionẽ facere de nobilitate? † Pan. hic post Ioan.
And. determinat, ꝙ non, & cõiter sequuntur Doct. & idem fir-
mat Fel. in c. in nr̃a, corrollario 4. col. 8. J. e. Rõ, qa taciturnitas
eorum, quę expressa facilius induxissent superiorem ad conce
dendum nõ reddit grãm subreptiuã, d. c. postulasti, a ꝯtrio, J. e.
Sed papa facilius concedit bñficia nobilibus, q̃ rusticis, capit. de
multa, J. de ꝑb. Cõtrariũ hic tenẽt Host. & Barb. & sensit Lud.
Ro. sing. 37 quorum rõnib rñdet hic Fel. colu. 1. Iõ non refero.
17 Scdo quæro, an sit facienda mentio de rusticitate. † Ex ꝑmissis
dicẽdũ vr̃, ꝙ sic: quia papã nõ ita faciliter ꝯcedit bñficium rusti
cis, sicut nobilibus. Cõtrariũ credo verius ꝑ tex. in c. pen. J. de
ꝑb. ubi dicit Pan. ꝙ licet data paritate, nobilis sit præferendus, tñ
si ignobilis sit æquè doctus, & æque morigeratus, magis est cõ
mendandus. Et de hoc est optimus tex. in c. nũquam, 56. dist. Et
duobus ꝯtendentibus de papatu, rñdit alter obijcienti nobilita
tẽ, Piscatori Petro filio fabri successorem quærimus, non Au-
gusto, vt refert gl. in c. quoniam uetus, in uersi. inuidia, 14. q. 1.
18 Tertio quæro, an de diuitijs † & patrimonio sit facienda men
tio? Pan. hic rñdet, ꝙ non. Sequitur Fel. col. 1. arg. not. per glo. in
cap. constitutis, de appellatio. & pro hac sententia facit, quia ta-
citurnitas nobilitatis generis non uitiat impetrationem, ergo
nec taciturnitas nobilitatis diuitiarum. Nam diuitię hodie no-
bilitant hominem, sm Bart. in l. capitulum, §. serui cessi, ff. de
pęn. & in l. 1. C. de dig. lib. x. Pau. de Cast. consil. 125. dubitatur,
versi. quarto dubitatur, par. 2 Sed sm Peripateticos, diuitiæ non
nobilitant hominem, sed vestiunt virtutem & nobilitatem ani-
mi. Licet Stoici deturpare hominem, & animam a virtutibus
alienare asserant. Verum apud miseros tanto in pretio sunt di-
uitiæ, vt illis mediantibus non tantum nobiles, sed immortales
effici facile credant; Dicentes.

Vincant diuitię, sacro nec cedat honori.
Nuper in hanc vrbem pedibus qui venerat albis.
Quandoquidem inter nos sanctissima diuitiarum Maiestas, &c.

Sed heu, insulsa credulitas, quis res terrenas, fragiles & caducas,
momento perituras, ad immortalitatis gloriam falso putat ge-
quam conferre? Contrarium, ꝙ sit facienda mentio de diuitijs,
vr̃ sic posse suaderi, Papa facilius concedit beneficia pauperib.
vt hic. Hinc dicimus, ꝙ rescriptum, quo conceditur beneficium
diuiti, dr̃ gratiosum. Sed illud, quod conceditur pauperi, dr̃ de
iustitia, vel in forma dignorum, vel in forma pauperum, vel sm
Apostolum, vt declaratum fuit s. in rub. Ego teneo, ꝙ non sit
necessaria mentio diuitiarũ siue patrimonij, quia ẽt diues cleri-
cus dẽt de altari uiuere, & si sibi concedaẽ bñficium, dr̃ conces-
sum in forma c. cũ sm Apostolũ, J. de ꝑb. traditur per Pan. in c.
eps, eo. tit. Limito tñ istã ꝯclonem non ꝓcedere in clerico diui-
te, ordinato ad titulũ sui pr̃imonij, qui accipiẽdo pr̃imoniũ suũ,
in titulum vr̃ liberasse ordinariũ collatorẽ ab obl̃one, qua tene-
batur sibi ꝓuidere de bñficio. Iõ de illo pr̃imonio assignato in
titulum loco bñficij dẽt fieri expĩsa mentio. Quia si Papa illud
sciret, non ita facile illud concederet bñficium. Et idem a for-
tiori ddm esset, ꝙ si constituisset pr̃imoniũ in bñficium eccle-
siasticum, iuxta tex. in c. tua nos, de simo. & ita Fe. in c. postula-
sti. col. 7. J. e. Scdo fallit in impetratione scã in forma pauperũ, q̃
nihil valet, si impetrãs sit diues, tanq̃ ꝯcessa sit ex falsa cã, c. si pau
per clericus, de ꝑb. li. 6. Ita Inn. Ant. & Fel. hic, & idẽ Fely. in c. in
nostra, corollario aaa. J. eo. Deuenio nunc ad quæstionẽ ualde
utilẽ, an sit faciẽda mẽtio de qualitatibus bñficij impetrandi?
19 Et primo quęro, an sit facienda mẽtio de cura † aĩarum? Rñ-
det Pan. post alios, ꝙ sic ꝑ tex. in c. cum in illis, in prin. de ꝑb. in-
tantũ ꝙ non sufficit de cura mẽtionem fieri in clausulis execu-
tiuis. Exẽplũ, si diceretur in bullis, ita tñ ꝙ aĩarũ cura negligaẽ,
cle. 1. de ꝑb. Scdo adde, ꝙ in oĩ materia odiosa non comprehẽ-
dunt bñficia curata, nisi de cura sit habita mẽtio. Vñ hñs pote-
statem dispensandi cũ homicidis & irregularib. super retinen
20 dis vel habẽdis bñficijs, non posset dispensare † super curatis,
sm Pan. in c. fi. de cler. pugn. in duel. Ista decisio Pan. uidetur pe-
riculosa, quia potestas dispensandi continet materiam fauora-
bilem sm Bart & alios in l. a. in prin. ff. de verb. oblig. Panor. &
Moder. in c. at si clerici, §. de adulterijs, J. de iud. & ideo late in-
terpretanda. Et contrarium tenet ibi Io. And. de Aun. & facit,
qa hñs ptãtem conferendi beneficia, potest conferre curata, ut
nota. in c. fi. & ibi Fel. de simo. Et ita etiam tenet Fel. in d. capitu.
postulasti, col. 14. J. eo. Tertio adde, ꝙ est facienda mentio cu-
rę, ẽt ꝙ impetrãs nõ teneatur seruire illi curæ, vt si statuto, vel
ex consuetudine ecclesiæ solitum eẽt illi deseruiri per Vica-
rium perpetuũ, sm Card. consi. 31. Quod cõprobat Fel. in d. ca.
in nr̃a, corolla. a. Quarto adde, non ualere grãm cõcessam mo
tu proprio, si nõ sit habita mẽtio curæ, c. cũ in illis, de ꝑb. Et di-
cam, J. sequitur Fel. in c. cãm q̃, col. a. de test. Sed ꝓ intelligentia
sciẽdũ est, qđ dicaẽ bñficium curatum, ꝯstat decla. ut ꝑ Pano. in
c. de multa, col. fin. de ꝑben. & in ca. dudũ, 2. col. 4. de elec. & De
cius hic, ex cuius dcis hẽs limitationẽ ad hanc decisionẽ. Scdo li
mita, nisi esset tale bñficium, qđ hr̃et curam annexã de iure. Exẽ
plum, ut ep̃atus & archidiaconatus, tunc sm Ro. nu. deprẽhẽ.
decisio. 13. in antiquioribus, impetrãs tenet exprimere qualita
tem beneficij puta de cura ei imminenti. Qđ sequitur Fel. in d.
21 c. in nostra, corolla. 8. Scdo quæro, an sit facienda mẽtio de resi
dentia, quam requirit beneficium? Rñdent Panor. & alij ꝙ sic,
argu. cap. fin. de cleri. non resid. Cõtra hanc decisionem oppo-
nit. De his, quæ sunt nota Papæ, non est necessario facienda mẽ
tio, c. 1. de const. lib. 6. firmat Fel. in cap. super literis, versicu. se-
cunda regula, J. eodem. Ergo non est necesse facere mentionẽ
de residentia, quia quælibet beneficia, etiam simplicia, de iure
communi requirunt residentiam, capitu. conquerente, de cler.
non resid. no. Ab. in d. capitu. fin. Ad istud rñdet Fe. ꝙ habito re
spũ ad consuetudinẽ gñalem, quæ est, ꝙ simplicia bñficia nõ re-
quirant residentiam, oportet mẽtionem facere de ipsa residẽ-
tia. Tu considera, quomodo procedat ista solutio, quia si dẽ
iure communi requirunt residentiam, ergo quando non ex-
primitur residentia, Papa debuit credere, quod requiratur resi-
dentia, quia ita iuris est. Ergo si non requirunt, & nihilomi-
nus Papa concessit, debemus dicere, ꝙ gratia ualet, quia facilius
ꝯcessisset, si sciuisset, ꝙ nõ requirẽt residentia. Vnde teneo, ꝙ de
residentia non sit necessario habenda mẽtio. Tertio quęro: an
de ordine

22 de ordine † annexo beneficio impetrando sit facienda mētio?
Rñdet Pan. & alij, ꝙ non ꝑ tex. in c. ei cui, de ꝓben. in 6. Tu ad-
uerte, q̃a ille tex. loquitur in impetratione beneficij in genere,
vnde taciturnitas qualitatum non potest dici fraudulenta, ſm
Lap. allegatione 84. & Papa, & Pan. in c. nostris, de concess. præ-
ben. Item aduerte, q̃a hac rōne attenta dicendum vr̃, ꝙ non re-
quiratur mentio curæ aïarum, q̃ requirit ordinem presbytera-
tus, vñ rñdeas, ꝙ ista ꝯclusio non intelligitur de bñficio sacer-
dotali, vel diaconali, sed intelligi, ꝙ impetrās nō tenetur expri
mere, ꝙ patiat̃ defectus ordinū, quos requirit bñficium, qđ im-
petratur, c. si pro clericis pauperibus, de præbend. in 6. Et rō est,
q̃ talis defectus est cito purgabilis, cū intra quatuor tempora
impetrans possit se promoueri facere ad ordines requisitos, se-
cundū Gemi. in c. licet canon, de elect. in 6. Imo hodie sunt sub
lata interstitia tpum, ſm gl. in cle generale, de ęta. & quali. De-
clarat Pan. in c. cum in cunctis, §. inferiora. J. de elect. vbi dr̃, ꝙ
si vitium ętatis sit cito purgabile, tunc non requiritur expressio
23 ętatis. Quarto quæro, an sit facienda mentio de dignitate. † Re
spondet Pan. ꝙ sic, ꝑ istū tex. sed non probat, quia loquitur de
dignitate iam obtenta, nos de obtinenda. Decisio tñ vera est, ꝑ
tex. in c. fi. de præben. Quinto quæro, an sit necessario exprimē-
24 dus valor † beneficij impetrandi? Rñdet Pan. post glo. in cle. 1.
de præben. ꝙ non, quia bñficia conferuantur principaliter pro-
pter spiritualia, & non ꝑꝑ temporalia. Ergo de temporalibus,
quæ veniunt accessione, non est facienda mentio, c. super eo, de
præben. in 6. Et pro ista parte aliqui ponderārt istum tex. in fi. vbi
impetratio vitiatur ꝑꝑ taciturnitatem dignitatis, & tamen non
constat, ꝙ esset facta mētio redditutum. Ergo expressio valoris
non ꝯsideratur. Contrarium tenent Basign. & Deci. hic ꝑ rōnē
c. postulasti, J. eo. declaratam, ut hic, ꝑ Pan. & bene tenendo istā
partem, non ob. rō s̄. de ducta, q̃a debet intelligi de accessoriis nō
necessariis, prout loquitur tex. in d. c. super eo. secus vr̃ dicēdum
in accessoriis necessariis, ut sunt temporalia, & spiritualia, cap. si
quis obiecerit, 1. q. 3. Considera, ꝙ ista responsio concludit totū
ꝯtrium, quia accessoria necessaria, sunt magis nota, q̃ non neces
saria. Ergo si non debet fieri mentio de accessoriis non neces-
sariis, a fortiori, nec de accessoriis necessariis, arg. eorum, quę s̄.
dixi post Fely. in c. super literis, ver. secunda regula, J. eod. Vnde
ex alio vr̃, ꝙ illa ratio non sit vera, quia ea attenta non debe-
ret fieri mentio de pensione, quæ est quid temporale, cuius cō
trarium deciditur in c. ad audientiam, 2. J. eo. Non ēt obstat iste
tex. quia qñ proponitur dubitatio super vno, in aliis ꝓsupponit̃
oïa esse habilia, c. 1. de ęta. & quali. lib. 6. sic ista opinio instituit̃
ex stylo curię. Nam ita statuit Vrbanus III. vt per Ro. deci. 292.
incip. Licet impetrans, in nouis. & Inno. VII. in regula Cancel-
lariæ 56. Amplia, ut non solum sit facienda mentio de valore
beneficij impetrandi, sed etiam de valore beneficij iam obtenti.
ita determinatur in d. regula 61. Limita primo, ut nō procedat
in gratia motu proprio concessa, ut dicam J. Scdo intellige, ꝙ
sit necessaria mentio valoris bñficij obtenti, qñ impetrans vult
vtrunque retinere, secus si velit primū dimittere, ſm Rot. loco
ꝓallegato. Tertio fallit in Cardinali, ſm Pet. de Anc. consi. 295.
& 297. ista limitatio dependet ab alio dubio, an dispositio ge-
neralis comprehendat Cardinales, de quo late per Fely. in cap.
cum in iure, J. de offic. delega. & in c. quod super his, de fide in-
strumentorum. Quarto fallit in impetrationibus cōcessis ab or
dinario, q̃a ordinarius ꝓsumitur scire valores bñficiorum suæ
diœcesis, cle. 2. de offi. ord. Quinto fallit in impetratione hospi-
talis, cuius redditus non excedunt summam centum ducatorū
de camera, quia ab inde J. non soluitur annata. ſm Fely. hic. Et
pondera, ꝙ valor exprimendus vr̃ ꝑꝑ solutionē annatæ, ꝙ fal-
sum vr̃ per ea, q̃ s̄. dixi. Quarto quęro, an impetrans teneatur ꝓ-
25 bare † valorē expressum in precibus? Pan. rñdet ꝙ sic, & idē vo
luit Pan. in c. fi. de pręsumptio. Adde gñaliter, ꝙ impetrans tene
tur probare oïa expressa in supplicatione, c. q̃a circa, & ibi Pan.
in 3. & 4 notab. de consang. & affini. De quo per Fel. in c. consti
tutis, col. 1. & seq. J. eo. Sed contra videtur, ꝙ impetrans non te
neatur probare valorem, quia satis videtur, si dicat, se verum va
lorem expressisse, & ꝙ pluris non ualet, secundum glo. per illū
tex. in l. cum de lege, ff. de proba. Et istud comprobat Ias. in l. fi.
§. licentia, col. 1. C. de iure deliberan. Et illā glo. dicit communiter
esse approbatā Curt. consi. 27. col. 8. versi. sed ꝯ. huic difficultati
voluit respondere Fel. post Card. in d. c. fin. col. 2. sed eum non
intelligo, dicit enim, ꝙ gl. in d. l. cum de lege, procedit, quando
pręsumptio concurrit cum asserente rem pluris non valere,
in casu isto negat præsumptionem esse pro asserente, quā solu
tionem non capio: quia fateor, ꝙ beneficia præsumuntur insti
tuta cum aliqua dote, c. vt quisque, vbi gl. de vita & honest. cle.
tñ ꝙ pręsumamus maiorem esse dotem, q̃ sit expressum, nō ap
paret, ꝙ ius ita pręsumat. Vnde pro resolutione indaganda est
alia dubitatio, an exprimens certum ualorem debeat succum-
26 bere, si † valor sit minor, q̃ sit expressum, nā ꝓsupposita parte
affirmatiua in isto dubio remanebit dissolutum argum. s̄. fa-
ctū. Et non dēat succumbere, si expressit valorem, ostēditur: q̃a
qđ pluris est, vtique tanti est, l. cū furti, ff. de in lit. iuran. reg. sp.
de reg. iu. in 6. Duodecimo, q̃a Papa facilius concessisset, si sci-
uisset ꝙ erat minoris valoris, ergo expressio ꝙ erat pluris, non
dēt vitiare ꝑ ea, q̃ s̄. dixi. In ꝯtiū, ꝙ expressio maioris valoris red
dat gratiā inutilē, vr̃ casus in c. cui de non sacerdotali, de præbē.
in 6. Per quem tex. ita tenent cōiter Doc. relati ꝑ Fely. hic, col. 7.
versi. decima Conclusio. Et ita tenendo remanet soluta ꝓcedēs
difficultas, quia cōclusio gl. in d. l. cum de lege, non pōt proce-
dere, quando intentio dicentis rem pluris nō valere, esset funda
ta, ēt si valeret minus, aliās secus, vt de se patet. Sed ita tenendo,
q̃ rñdebimus ad argumenta s̄. facta? Fel. in d. c. fi. col. 2. dicit se
nō respondere, q̃a non habuit satis tpis ad cogitandū, in c. super
literis, col. 3. J. eo. videt ad ſm argm̃, quod ꝓcedit, vbi expressio
fit per modum demonstrationis, secus si per modū taxationis.
Et ita dicit procedere tex. in d. c. cui de non sacerdotali, & in c.
suspectis, de rescrip. in 6. Ista solutio diuersificat terminos, & nō
assignat rationem diuersitatis. Duas alias solutiones refert Ias.
in l. 1 §. si stipulanti, ver. 4 limita. de verbo. obl. quas ipsemet re-
probat, ideo non refero. Ego teneo solutionem ibi assignatam
in tex. ꝙ ideo gr̃a nō comprehendit bñficium minoris valoris,
quia mandatum Papę non extendit̃ ad casus non expressos, &
sic ad bñficium nō expressum in gr̃a. Ex quo infero, ꝙ si in gr̃a
exprimeretur certum bñficiū in specie cū certo valore, illo ca-
su gr̃a comprehenderet illud bñficium, ēt si esset minoris valo-
ris, quia tunc non est opus gr̃am extendi, & istud est, quod vo-
lunt dicere Pan. Io. de Luciano, & Gemi. in d. c. cui de non sa-
cerdotali, dum dñt, si bñficia non differunt specie, sed habeant
se tanquam minus & maius, intra eandem spēm, tunc nō pro-
cederet ille tex. Et isto casu sufficeret impetranti probare valo-
rem ſm formā traditā per glo. in d. l. cum de lege. Et si vis scire
qualiter ꝓbetur valor bñficij, videas hic per Fel. col. fi. Et genera
liter si vis scire, quomodo ꝓbetur valor rei, videas Barto. in l. 2.
col. fi. C. de rescin. vend. & Fel. post alios, in c. cū cā, col. 1. & seq.
J. de testi. & Soc. consi. 8. col. 1. lib. 2. Quæro, q̃ sint cōputanda in
valore bñficij? Rñdeo, ꝙ oēs redditus, qui sunt soliti cōiter per-
27 cipi de corpore † bñficij, computātur in valore, ſm Pet. de Anc.
28 in cle. 1. de deci. ideo distributiones quotidianæ † non debēt cō
putari, quia non sunt de corpore bñficij, sed percipiuntur rōne
seruitij personalis, ſm Old. consi. 218. Ex virtute grat. ę. & Fely.
hic, col. 8. & Rot. in hoc eod. tit. deci. 134. in nouis, ꝙ ꝯprobat ꝑ
tex. in c. licet vobis, J. de ꝓben. vbi dr̃, ꝙ appellatione fructuū, &
redditiuum ecclesię non comprehenduntur distributiones quo
tidianæ. Et ideo dicit gl. no. in extrauag. Io. 22. incip. Suscepti re-
giminis. in ver. cōsueuit, de ele. ꝙ de distributionibus quotidia-
nis est soluenda decima Papalis, ꝙ tenuit Gemi. consi. 85. Sup
primo dubio, col. penul. & 154. in fi. Eodem modo mortualia,
29 anniuersaria, quęstę non computantur in valorem, secundum
Old. consi. 206. Circa primum, nisi tales redditus soleant quotā
nis pro certa pecunia locari, ſm Fely. hic. An autem de ualore
sint prius expensa, & onera deducēda, uideas Fel. in c. ad nr̃am,
col. 2. J. de iureiuran. Deci. cōsi. 156. Vbi etiam quærit, an sit de-
ducenda pensio. Secundo quæro, quis sit securus modus expri-
30 mendi valorem, † ita, ꝙ impetrans non uideatur se astringere
ad probandum certum valorem? Pan. hic respondet, ꝙ si dica-
tur in supplicatione, cuius redditus summam centum ducato-
rum non excedit. Sequitur Gemi. post Io. An. in d. capit. cui de
non sacerdotali, & isto modo exprimendi vtitur curia. Secun
da practica, ꝙ exprimatur certus valor cum clausula, ut asseri-
tur, quia tunc sufficit probare, ꝙ ita communiter asseratur, li-
cet beneficium sit maioris valoris, ſm Pan. in cap. 1. col. 3. J. de
præsump. Et de ista clausula, ut asseritur, uideas multa per Fel.
& Barba. in c. iurauit. col. 1. J. de prob. ¶ Vltimo quæro, an tac-
turnitas valoris curæ, vel residentię, vitiet gratiam motu pro-
31 prio concessam? Pan. respondet ꝙ sic, quia motus proprius nō
operatur contra pręsumptam mentem concedentis, ſm glo. in
cle. si Romanus, de præb. Sequitur Rot. deci. tit. tit. de præb. in
nouis. Confirmatur, quia gr̃a motu proprio concessa non ope
ratur ꝯ dispositionē c. mandatum, J. eo. quia mens Papæ nō vr̃
fuisse grauare ordinarium collatorē duabus collationibus, ſm
Gemi. in c. si motu ꝓprio, eo. tit. in 6. Facit, q̃a per rescriptū mo
tu proprio concessum, non intelligitur derogatum statuto de
certo canonicorum numero, iure roborato, ſm Imo. in c. con-
stitutus, J. eo. q̃a si derogaret, esset ꝯ mētē Papę, c. cū M. de cōsti.
Tertio facit, ꝙ decidit Gemi. in c. propter tua debita, col. 6. de
rescript. in 6. vbi cōcludit, ꝙ dispositio c. q̃uis, el 1. de præben. eod.
lib. ꝓcedit etiā rescriptis motu proprio cōcessis. Quarto facit,
qđ decidit Pan. in c. cū nr̃is. de concess. ꝓben. quem sequitur Fel.
in c. nostra, corollario 36 J. eo. Quinto facit deci. Bald. in l. fidei-
commissa, §. si seruo, de leg. 3. quem sequitur Fely. in d. c. tu no-
stra, vlti. corollario. Et ex his infert Pan. hic, ꝙ per gratiam mo
tu proprio cōcessam non intelligitur derogatum iuripatrona-
32 tus laicorum, † & idem decidit Rota in isto tit. & deci. sic. 17 in
nouis,

nouis.facit tex.in d.§ quamuis,& quæ scripsit Fely.in sua ita.
de iurepatrona.& in c.cũm q.col.5.J.de testib. Adde unum su
per dictũ Fel. in c.cum inter,col.3.J.de exce.ubi ampliat,ẽt si
papa in uerbis narratiuis fecerit mentionẽ de iure patronatus
laical ,adhuc non censetur derogatum , nisi in corpore gratiæ
sit expressa derogatio.& dicit , ꝙ ita suo tpe fuit conclusum in
Rota. Cõtra pdicta vr casus in d.c.si motu proprio.ubi ualet gra
motu pprio concessa hñti aliud bñficium,ẽt ꝙ de primo nulla
sit facta mentio. Et ꝙ taciturnitas curæ,& residentię,nõ uitiet
grãm concessam motu pprio, tenet Ro. in isto titu.decis.3a.&
Io An.in c.ei cui,de pręb.in 6 & confirmat Fel.hic,in uer.ter-
tia cõclusio.sic taciturnitas ualoris non annullat grãm motu
proprio factã. Ego cõprobo per ea,q̃ voluit Io.An,in add.Spe.
tit de cau.pos & propri.§.ga uero,uer. quid de colligentib.ubi
vult,ꝙ licet Princeps nunq̃ psumatur uelle grauare locũ dupli-
ci pedagio,tñ fallit in concessione exigendi pedagiũ motu pro
prio facta. Et ex pręmissis vr, ꝙ ꝯclusio & decisiones pro corro-
boratione conclusiuni adductę, non sunt iundicę. Quid tenẽ
dum Fel.considerat quinq; casus. Ego breuius concludo. Aut
33 q̃ritur,an motus † pprius defendat grãm a uitio subreptionis,
& tunc rñdeo,ꝙ sic p tex.in d.ca.si motu pprio. Ex quo infert,
ꝙ rescriptum concessum motu proprio, ualet etiam ꝙ non sit
facta mentio ualoris curę,uel residentię. Et ita procedunt oĩa
allegata hic per Fel.in uersi.tertia cõclusio. Aut q̃ritur,an mo
tus proprius operetur dispẽsationẽ,tunc dicẽdũ est,ꝙ nõ,ſm gl.
in d c.si motu proprio. Et ita pcedant q̃ allegat Fel,hic,in uer.
34 primus casus. Et ego confirmo, q a ẽt cla,supplẽtes oẽs † defe
ctum,non operatur dispensationẽ sup defectu pñnali, secun-
dum Archid.in c.Cenomanẽ.em,56.distin. quod dictum repu
tat sing. Ro.sing 419.incip. An uerba rescipti.sequitur Fely.in
e. a.col.17.5.eod Ex quo infero,ꝙ si papa motu proprio conce
dat alicui aliud beneficium curatũ ubriuẽti, licet grãta ualeat,
q a non põt opponi uitiũ surreptionis,tñ nõ operat dispẽsatio-
nem,ꝙ possit utrunq; retinere,c.nõ põt,in fi de pręb end.libr.6.
Querit Pan.ultimo loco,an de qualitatibus beneficii obtenti sit
facienda mentio? Et rñdet distinguendo,ut hic per eum. Circa
cuius dicta aduerte. Primo,inquantum pręsupponit, ꝙ dispen
35 satio possit dici fauorabilis † exemplificando in dispensatione,
ꝙ illegitimus promoueatur ad ordines ꝯ istud dictũ & exẽplũ
Pan.est tex.in c.a.de fil.presby. Et ꝯ Pano.urget rõ,nam dispẽsa
tio rõ dr odiosa,quia exorbitat a regulis iuris, d.c.1 Sed omnis
dispensatio exorbitat,ergo omnis erit odiosa. Itẽ ꝯ Pan.est gl.
expressa in c.literas,de testi.spolia.& ẽt ꝯ Pan.facit,quia tex.in
c.p uenerabilem,J.q fil.sint legit.loqtur in legitimatione, quę
vr magis odiosa,q̃ simplex dispẽsatio. Nã dispẽsatio solũ offen
dit ius cõe,legitimatio uero offendit ẽt ius tertii, qui ab intesta-
to successisset,& illud ultimum fuit motiuũ Fel.in c.postulasti
col.10.J.eo.Sed põt rñderi,ꝙ legitimatio simplex,& generalis
36 est fauorabilis, † quia legitimatus restituitur primis natalibus,
& iuri natural. remittitur, ſm qd nulla est differentia legitimo
rũ & illegitimorũ.§.naturalis,in Auth.quib.mod.natura.effici.
sui. Et ideo talis legitimatio est amplianda,argu.eius,quod no.
gl.in c.1.in uersi.eligo,de pollu.pręl.in 6. Secus est in legitima
tione ad aliquos actus particulares tantum,quia illa est proprie
dispensatio,ſm Pan.de Cast.& Ias.in l.sed si hac , §.patronum,
ff.de in ius uocan. Secundo habes ex dictis Pan.conclusionem
37 sublato uno obstaculo,nõ censetur sublatũ † aliud,c.ex tuarũ,
de auctoritate,& usu pal.l.si domus,ff.de serui.urb.pręd.& pro
hac conclusione Deci.hic adducit nonnulla. Tu adde bene fa-
cere tex.in §.affinitatis,Institu.de nup. Item adde,quòd decidit
Ale.consi.12 colum.4 lib.2.& Pan.de Cast consi.86. Dubitatio
uertitur,colum.2.in 1.pat. Tertio not.quòd cura animarum li-
cet sit periculosior, non tamen est dignior personatu , secun-
dum Pan. Adde,ꝙ hanc conclusionem firmat Imo.in clemen.
38 1.de pręben.dicens, ꝙ cura fori contentiosi † est dignior cura
animarum,quia magis appropinquat papę, qui exercet curam
fori contentiosi . Sed contra,illud dicitur dignius,quod habet
subiectum magis dignum,secundum Pan.in c.clerici,inf.de iu-
di. ergo cura animarum uidetur dignior, quia eius subiectũ est
anima,quę omnibus rebus est pretiosior , c.a.pręcipimus,12.q.
2. Solu. etiam cura fori contentiosi habet animam pro subie-
cto,& ideo dignior uidetur ratione dignitatis cui adhęret. Be-
ne facit dictum Hostien.in procemio suę Summę ,colu.4.ubi
dicitur,quòd doctores si recte exerceant eorum officium,ma
gis merentur quam mendicantes religiosi . Quarto collige , ꝙ
39 in dispens.non ualet argumentum † ab identitate,uel maiorita
te rationis. Et idem Pan.in c.at si clerici,§.de adulteriis, col.3.J.

de iudic. Pro ista conclusione solet allegari tex.in cap.fin. J.de
transla.episco. Sed nihil facit,vt patet ex ratione ibi assignata.
Ad idem allegatur text.in capitulo cui de non sacerdotali, de
præbend.in 6 Ad illum tex. respondi etiam s.pro hac conclu-
sione vide Felyn in capitulo postulasti,columna decima,& se-
quen infra eod.& Iaso.in l.fina.colum 6.de constitutin.Princi.
Vltra eos adde,ꝙ dicit Anto.de Butr.in capitulo cum venera-
40 bilis, de exceptio.vbi vult, ꝙ dispensatus, † vt possit permuta
re suum beneficium cum alio, non põt pmutare cum duobus
aliis beneficiis.de quo vide Barb.in c.prudentiam,col.2. de offi.
41 deleg.similiter dispensatus † vt possit promoueri ad beneficiũ
curatũ nõ obstãte defectu ætatis, nõ tñ cẽsetur dispensatus , vt
possit administrare bona ipsius beneficii,ideo agere non pote
rit,secundum Petr.de Anch.in cap.1.de æta.& quali.& Fely. in
c.edoceri, versi.solus platus,inf eo. Limita primo, vt non pce-
dat,qñ rõ est expressa in dispensatione,quia tũc licitum est ar
guere ab identitate rationis,ſm Pan.in d. §. de adulteriis, quia
tunc non dicitur extensio, cum ratio scripta disponat, & om-
nes casus includat,qui sub ea comprehendi possunt,l.cum mu
lier,& ibi no. Alex.ff.solu.matri.& est gl.in c.1.in ver.Italiæ, de
tempo.ord.lib.6.Hanc fallentiam reprobat Felyn.in d.c.p ostu
lasti,colum.2 sed ad eius fundamenta facilis est responsio. Se-
cundo limita, vt fiat extensio quo ad accessoria necessaria , se-
cundum gl.in c.quia tñ,inf.de præb.& in c.si quis clero, 6.q.
1.vbi dispensatus super pluralitate,intelligitur etiam dispensa-
42 tus super residentia, † ꝙ declara , vt super Card.in cle.1.9.q.de
præb. Facit,quia dispensatus ad ordinẽ presbyteratus, censetur
dispensatus quo ad omnes ordines inferiores,ſm Fel.in c.præ-
terea,in fi.de offi.delega. facit quod decidit Pan. in cap.cum in
cunctis,§.cum vero,col.fin.inf.de elect. Et quod decidit Gemi.
post alios in c.cum ex eo,de elect.in 6. Tertio intellige conclu
43 sionem procedere in dispensatione, † secus in potestate dispẽ
sandi,quæ est fauorabilis & extendenda,c. fi.& ibi late Fel.infr.
da sim.per Bar & alios in l.a.in prin.ff.de neg.ob. Vltimo colli-
ge,ꝙ gra non faciens mentionem de illicita occupatione bñfi
cii,nihil ualet. Idẽ tenet Pan.in c.præterea,in nit.no.de iurepa.
in capi.cum iam dudum,inf.de præbend.& in cap.quisquis,de
elect.sequitur Gemi.in c.cum qui,de pręben.in 6 Fely.in ca.in
nra,corollario 2.inf.eo.& pro hoc est tex.in l.auctoritate,C.un
de vi.& gl.in l.2.C.de fun.& salt.rei dominicæ.lib 11. Benefa-
cit,quòd decidit Bart.in tract.de Tyran.in 10.q.prin.quam re-
fert,& sequitur Ias.in l.clam possidere, §.qui ad nũdinas,col.3.
ff.de acqui.pos.¶ Gl.1.non est alibi,secundum Pan.hic. Ex qua
44 habes, ꝙ quis potest impetrare † rescriptum ad beneficia pro
alio sine mandato. Sed certe gl.istud non vult, sed bene exclu-
dit , ꝙ quis potest impetrare beneficium pro alio sine speciali
mandato:& sic vr velle,ꝙ requiratur saltem generale manda-
tum.sic tñ opinio Pan. cõiter tenetur,vt etiam tenet idem in ca.ex
ore.de his,quæ fiunt a ma.par.cap.& Fel.late in c.nonnulli,§.1.
inf.eo.¶ Gl.a.notat, ꝙ rescriptum papæ nunquam intelligitur
45 derogare iuri alterius. † allegat plura iura. Adde optimum tex.
in c.si pluribus,de præb.in 6.& in c.super eo,ubi Fel.inf.de offi.
deleg. Tu pondera gl.relatam ad tex.uelle,ꝙ papa non censea-
tur uelle derogare iuri alterius consistenti etiam in sola spe,ut
hic. Sed in contrarium faciunt,quæ scribit Fely.in d.cap.in no-
stra,corol.21 & 28,inf.eo. Pro solutione cogitabis.¶ Glo.3.no.
46 ꝙ tacens ueritatem † puniendus est, qñ propalare tenebatur,c.
ex pœnitentibus,50.distin. Tu considera,quomodo glo.elicit
ex tex.ꝙ puniatur.responde,ꝙ gl. habuit respectum ad annulla
tionem rescripti,quæ annullatio dr pœna,c.dispendia,eo.titu.in
l.turpia,ubi Bar.de leg.1.late per Pan.& alios in c.2.J.ne.1.Item
pro isto no.habes tex.in c.1.de cri.fal.in l.qui testamẽtum,ff.de
fal.quòd no.procedit in obligatis ad probandũ, ut testes & iu
dex,secundum Inno.& Pan.in c.officii, de pę.& remis.& gl.in
c.quisquis.11.q.2.& Fel.in cap.2.de testi.cogen.ut etiam Nota-
rius,secundum Bald.in l.ubi exigitur,ff.de eden. & l.iubemus,
47 ad fi.C.de testam. Sed pars non tenetur releuare † in præiudi-
cium sui,secundum glo.in capi.ne quis arbitretur,23.q.2.Item
scias,ꝙ ille solus,qui est conscius alicuius secreti , non tenetur
releuare,quia boni uiri tacent,quod probare non possunt,cap.
plerunque,2.q.7.c.placuit,6.q.fi. Dixi late in tracta. de pest.fol.
48 158.uer.113. Item scias,ꝙ tacere plus,quam expediat † in priua-
to , est peccatum ueniale ,capitulo unum orantium, §.alia tã
demum,25.dist. In prælatis est peccatum mortale , secundum
glo.per illum tex.in capitulo si papa 40.distinctio.& in c.sire
ctor,43.distin. Et ex his habes cum laude Dei expeditam hanc
Decretalem,

Expliciunt Interpretationes Ioan.Francis.Ripa,à S.Nazario,in primam partem Decretalium,
summa diligentia reuisa,accurateque castigata.

IOANNIS FRANCISCI RIPAE,

A SANCTO NAZARIO PAPIENSIS.

In ii. Decretalium Librum Commentaria.

... vtilissimo Tractatu de Peste.

...CESSERIT, QVOD HACTENVS IN ...batur, facilè studioso lectori patebit, si maximam ...s nostris cum vetustissimis codicibus, tùm vel ...rauissimis erroribus, quibus singulæ ...e, nunc adhibitam perpendat.

...ab Authore passim citata non inutiliter curauimus, ... figura cum hac nota & demonstrentur.



VENETIIS. M DC I.

Inſti.de vſucap.in princip.ubi gloſſ.allegat illud Iuuen.

Sic uolo ſic iubeo,ſit pro ratione voluntas.

Pro quo eſt tex.Inſti.ſi quadru.paupe.fecis.dica.in prin. facit l.1.ff de conſt.Prin.& iſtud ēt dicit gl.in c.1.in uer.ultra quatuor de reſcrip.lib.6. Et dicit Iureconſ.in l.proſpexit,ff.qui & a quib. & Papa in c.in memoriam,19.diſt. ꝙ lex quamuis dura ſeruanda eſt,qa ita ſcriptum eſt.circa cuius l.proſpexit,intellectum late ſe extendit Fel.hic.col.7.& omnia eius dicta habuit ab Ale. in l.1.§.nunciatio.ff.de no.ope.nunci. Et adde, ꝙ lex dura ēt in
27 foro conſcientiæ † ſeruanda eſt,ſm Pan.in c.inquiſitioni,de ſē. exco.Scdo adde,ꝙ in ɔ̃triū vř text.in l.2.uer.ſed per dura nimis eſt,& ſeuera iſta interpretatio,ff.de cuſto.reo.Sed l.proſpexit, loqtur ubi cōſtat de mēte legiſlatoris,& in caſu certo:illa loqř in caſu dubio.Tertio adda,circa intellectua relatos per Fel.Lā cel.Dec.in l.oēs populi,in 6.q.prin.Barto.ff.de iuſti.& iure.ubi confutat multa dicta per Fel.hic.Tertia concluſio,de hiſ q̄ cō-
28 ſiſtunt in ingenio & in iuſtitia naturali,poteſt reddi rō; † Ita loquitur ille tex.& tex.in c.coepiſcopi,68.diſt. qui dicit,ꝙ ratione caret extirpandum eſt,& tex.in c.conſuetudo,1 diſt.ubi dř,ꝙ legē rō cōmēdat.Et homo,qui nō utitur rōne,nō eſt homo,ſed beſtia,ſm glo.in Auth.de monach in prin. in uerſi.decentem. Omne enim diſputatione agitandum, & ratione muandū eſt, ca. uideas,23 q.6.facit tex.in c.nulla ratio,J.de præb.& qui ſine ratione loquitur,deridendus eſt,l.& an vitro,§.1.ibi,ſed Celſus eleganter deridet,ff de neg geſt.quem tex.allegat Bal.in prælu. feu.col.1.ɔ̃ Doct.qui conſulunt ſine lege & rōne. Et not.quód
29 rō,q̄ redditur,dēt eſſe cōcludens. † Tex.eſt hic,in uer.rōnabilē cām.Iō teſtis aſſignans rōnē,q̄ ſit eadē cū dicto,non ꝓbat,quia talis rō non cōcludit,l.fi.ff.de offi.proc.Cæſa.l.quod Labeo,ff. de Carb.edi.c.Ita Inno.in d.c.cum cām.Spe. tit.de teſte,§.nunc videndū,uer.de viſu.Bal.in d.l.ſolā,C.de teſti.Soc.conſi 42.col. 2.lib.1.conſi 98.col.fi. li.4. Et ſi ratio teſtis ſit falſa,eius dictū ēt falſum reputatur,ſm Bal.in l.conuenticula, C.de epiſc.& cler. Soc.conſi.114.col.4 li.2.Sicut.n.corpus regulaī ab anima,uř ſaltē dēt regulari,ita actus nři dēt regulari a rōne.Eſt.n.iō,anima cuiuſcūque diſpōnis,l.non dubiū,ubi Bal.C.de legi.Pan.in c.fi. col.3.J.eo.gl.in l.2.C.q̄ ſit long.cōſuetu.Soc. pulchre ɔ̃probat dictū tex.noſtri uno mō.In ſecunda,alio mō. In tertia concordat duo iura,q̄ pro ɔ̃triū allegauerat.In quarta inſert. Secunda ibi,nam & Vrbanus.Tertia ibi,ſed adeo.Quarta ibi,obediat.In eadem gl.ibi,l.nemo,aduerte,qa obſtat quia ſentētia Principis
30 † hēt uim legis,l.fi.C.de legi in c.in cauſis, de re iudic.Iō Sal.intelligebat illā legem in ſnīa inferioris, & ita ēt intellexit Hoſti. hic.Vel aliter dic,ꝙ loquitur in conſilia Principis,ſecus in ſententiis.Vel loqtur in ſentētiis latis ab Imperatore ɔ̃ ius,nō clauſit in corpore iuris,quas non tenemur ſequi, d.ca.de cauſis,ubi Fel.in 1.fallen.In eadem gl.ibi,c.non plures. Nota ꝑpetuo iſtā
31 gl.ad ſaluandū teſtes a contrarietate, † quorū unus deponit,ꝙ fuit actus prohibitus,alter ꝙ non.Nā pōt ſaluari intelligendo, ꝙ vnus loquatur implicite,alius explicite,ſm Fel.hic.iiſdē modis,quib.cōcordantur iura, iiſdē modis pōt cōcordari teſtes,ſm Ant.in c.cum tu,J de teſti Imo.in l.inter ſtipulātē.§.1.ff.de uer. obli.& 30.modos,& ultra poſuit Spe.in tit. de diſpu.& allega. uer.poſt hæc autē ſatis.Et dū gl.dicit, ꝙ implicite dř prohibitū, quod ex mente uenit,uide Fely.late in c.1.poſt glo.1.diſt.

S V M M A R I V M.

1 *Electus,& confirmatus ante conſecrationem,nō dicitur promotus ad epiſcopatum,quemodmodum non ſuſcepto pallio,non poteſt quis dici Archiepiſcopus.nu.2.6 & 9.ubi dantur plures fallentiæ.*

3 *Electus in papam ante benedictionem, coronationem & conſecrationem, non poteſt intitulari Pontifex Maximus.*

Et quid de electo in Imperatorem.nu.4.

5 *Scholaris examinatus & licentiatus,ante impoſitionem bireti non poteſt dici Doct.*

8 *Epiſcopus poſt conſecrationem tranſlatus ad alium epiſcopatum, ſtatim ſequuta tranſlatione,& confirmatione dicitur Epiſcopus.*

10 *Electus ante confirmationem non habet exercitium iuriſdictionis, licet poſſit dici prælatus habitu.*

11 *Prouiſio papæ habet uim electionis & confirmationis.*

12 *Prouiſionis appellatione proprie non uenit electio.*

13 *Decanus eſt dignior Archidiacono.& quid ita.*

14 *Canonici ſoli ſunt de capitulo.*

15 *Capitulum dicitur,etiam quod ibi non ſit Epiſcopus, & caput ſuum.*

16 *Eccleſia ponitur pro capitulo.*

17 *Papam fallit obliuio.*

18 *Mandatum,& præceptum inter ſe differunt.& quotupliciter, tum in quo conueniant.nu.19.*

20 *Bonum omne procedit a gratia Dei.Gratia autem duplex.*

21 *Collatio,dicitur gratia.*

22 *Datæ tempus conſideratur in beneficialibus, ubi in conſiderando perſona executoris inſpicitur tempus datæ nu.24 fallit tamen, nu.23.*

25 *Tempus depoſitionis,non tempus celebrati cōtractus inſpicitur ad cognoſcendum habilitatem teſtis.*

26 *Subreptio vitiat ipſo iure literas ad bnficia.ſup q uo vide litatibus.n.27*

28 *Archidiaconus & canonicus quis poteſt eſſe in eadem eccleſia.*

29 *Iudæus conuerſus ad fidem Chriſti, eſt capax beneficiorum etiam in eccleſiis cathedralibus.*

30 *Neophitus propter reliquias Iudaicæ perfidiæ,prohibetur a teſtimonio cōtra Chriſtianum.Nec admittitur ad officia ſecularia.nu.31.*

32 *Conuerſus iamdudum,an cæteris paribus præferatur ſp Chriſtiano Et an ſemper bonus præferatur ei,qui aliquando fuit malus 33.& 34 & 36*

35 *In electione præferendus eſt is,qui miſericors eſſe didicit.*

37 *Teſtis ſemper bonus in caſu criminali præfertur teſti emendato de delicto.*

38 *Delicti fructum nemo ualet reportare,colligere,& referre.*

39 *Via non eſt danda ſeruis Dei, vt ſe faciliter putent promoueri & eligi, ſi quando facti fuerint deteriores.*

40 *Bonus & honeſtus quis præſumitur ex antecedenti & ſubſequenti probata conuerſatione.*

41 *Intellectus iurium non ſunt trahendi ad gratiam.*

42 *Nullatenus,dictio.quid ſignificet.*

43 *Singuli & vniuerſi,an proficentur,quòd non.*

44 *Receptio in canonicum dupliciter poteſt conſiderari.*

45 *Vicegerens quis dicatur,& qui delegatus.*

46 *Mandatum factum vicegerentis,cenſetur factum ei,cuius vices gerit, quod limita nu.47.& 48.*

49 *Capitulum non habet ordinariam,nec ſuccedit,quo ad collationes beneficiorum,& nu 51.*

50 *Mandatū factum capitu.an dicatur factum tanquā apoſtolico executori.*

52 *Mandatum factum capitulo,non ſe extendit ad Epiſcopum.*

54 *Canonicus pſumitur ſcire mortē ſui prælati,& ea quæ in eccleſia geruntur.*

55 *Iudex an poſſit pcedere uirtute prorogatiōis ſibi factæ p Senatū,uel Regē.*

EAm te. ¶ Summatur,vt hic per Pan.dupl.r. Tu aduerte,quia ſtante,ꝙ in dubio mandatum factū capitulo vacante ſede,intelligatur factū capitulo, vt Vicegerenti,primū ſummarium,quod eſt Io.Anto.
1 procedit ēt ſm cōem intelſm. Nota primo,ſm Pan.poſt alios ibi,ante tuam promotionem,iuncto fi.ibi, nec adhuc eſſes conſecratus, ꝙ electus & cōfirmatus ante conſecrationē † non dř promotus ad epiſcopatū. Aduerte ad duo. Primo,ꝙ iſtud not. non bene colligitur hic,qa ſm oēs.tpe datæ lřarū vocabat ſedes,ergo iſte non erat electus & cōfirmatus,qa nō uacaſſet,cap. tranſmiſſa,J de elect.Scdo aduerte,quia vř falſum.Nā electus, & ɔ̃firmatus dř ꝓmotus,licet non dicatur adhuc eps̄,c.cum in cūctis,§.inferiora,in fi.inf.de elec.& in c.ſup his,de accuſat.Habetis igitur notare,ꝙ electus & confirmatus ān cōſecrationem non pōt dici eps̄,c.tua nos,J.de his,q̄ fiūt a pla.ſine conſen.capi. vbi Abb in 1.no & c.iā lřa,ubi ēt Ab.inf.de teſt.& gl.in c.1.de relig.domi.cū aliis adductis p Fel.hic,& bñ ꝓbat in rub.inf.de tranſlat.epiſco.vel elect.Non ēt dř Pontifex, vt per gl.in cle.1.
2 de celeb.miſſ.Sicut ante ſuſceptionem pallii † nō pōt aliqs appellari Archieps̄,c.nīſi inf.de auth.& vſu pal. c.qđ autē,de elec.Si-
3 militer electus in Papam † ān bñdictionē,coronationē,& conſecrationē,non pōt intitulari Pontifex Maximus,ſeruus ſeruorū Dei,ſm glo.in data Sexti,in verſi. pontificatus & gl fin.in proœmio Clemen.Hodie tñ ſe Pontificem & Epm appellat,gratias & diſpenſationes facit ante coronationem, & qui dicunt eum non poſſe talia facere,excōicatus,eſt vt in extrauag.cl.inci.quia
4 nonnulli,de ſent.excom.Similiter electus in Imperatorē † ante coronationē,non dř Imperator,ſm gl.in data Sexti,per text. in l.fi.exponendo uerbū,ortū,i.coronationē,C.de fer.& p text. in l.bene a Zenone.in fi.ibi,ex eo tpe ualitura, quo Imperiales ſuſcepimus inſulas,C.de quadr.præſcriptio.& ibi gl.not.ꝙ nō valent priuilegia conceſſa ab electo ante coronationē,& idem voluit Bal.in l.ex eo,ff.de teſta.mili.per illū tex.ubi electus nō pōt dici miles, ante,quā ſit deſcriptus in matricula. Adde text in cle.1.circa mediū,de iureiu.ibi,Ego H.Rex Ro.annuente Deo futurus Imperator,& ibi glo.oo.Et ex hoc infertur,an electus in Imperatorē poſſit ante coronationē exercere iura Imperii, de quo per gl.in cle.1.in uerſi.Reges & ibi Imo.& in c.venerabilibus,de elect.in 6 & in ca cām,q fil.ſint leg p Old.cōſi.180. & conſi.190.Pau.de Caſt.conſi.105. Marti. Laudē in tract.ſuo de Princip.uer.xxv.& Cor.conſi. 1. lib.3. ubi tenet unum magnum,ꝙ ad eſſentiam Imperatoris non eſt neceſſaria corona.
